Inaffabiľ. affabiľ cōponiſ cū in: ꝛ dr̄ hꝭ ꝛ hꝭ inaffabiľ ꝛ hꝭ le: inſuauis ꝛ auſter⁹ ad loquendū.

Inalto tas taui tare. i. ī altum extollē: ꝛ cōponiſ ab in ꝛ alto altas.

Inanimo mas maui are. i. valde aīare: ꝛ cōponiſ ab in ꝛ animo mas.

Inanis. ab in ꝛ van⁹ cōponiſ hic ꝛ hꝭ inanis ꝛ hꝭ ne: q̄i in uan⁹. i. valde van⁹: ꝛ cōparaſ. vñ hec inanitas tatis. Et inanio nis iui ire. i. inanē facere: adnihilare: euacuare. deꝑmere: diminuere. ꝛ eſt actm̄ cum oīb⁹ ſuis cōpoſitis ꝛ ꝓduc̄ a. vñ Cato: Hoc faciūt ſtulti quos gloria vexat inanis. Et vt dic̄ Maxim⁹: differūt iane ꝛ vanū: q꞉ vanū eſt q̇cq̇d nulli⁹ ponderꝭ aut virtutꝭ firmitate ꝯſiſtit. Jnane eſt quicq̇d cuꝫ ſecľo pñte deficiēs ad vitam nō trāſit eternā. Quicq̇d. n. ꝓ carnali honore laboraſ corruptibili cuꝫ carne labiſ.

Inarro ras raui rare. i. in arrā ꝓ aliquo dare: ꝛ cōponiſ ab in ꝛ arro.

Inaurꝭ. ab in ꝛ aurꝭ cōponiſ inauris rie. i. annul⁹ q̄ in aure ꝑforata geſtaſ. Jtem iaures dicunſ filateria idoloꝝ ſicut dic̄ glo. ſuꝑ Geñ. xxv. a.

Incarcero ras raui rare. i. ī carcerem ponere: ꝛ cōponiſ ab in ꝛ carcer carcerꝭ.

I ncarno nas naui nare verbū actiuū.i.induere carnem
vñ incarnatus ta tum.a quo hec incarnatio onis.⁊ cō
ponit̄ vt ícarno nas ab in ⁊ caro carnis.
I ncaſſuz.ab i ⁊ caſſis ſis cōponit̄ incaſſuz aduer.i.fruſtra
ſine cauſa: q̄ſi ſine caſib⁹ ſine quib⁹ venatio inanis eſt:
vl' cōpo.ab ī ⁊ caſſuz aduerbio q̄litatī ſ₃ Hug. Pap̄.ēt
dic̄: Incaſſuz irritū:fruſtra: īfructuoſe:ſine cauſa.
I ncaſtratura re dr̄ incauatura lignoꝝ p quā mutuo ſibi
copulant̄:ſicut pat₃ in extremitatib⁹ aſſerum cōtinua
toꝝ.⁊ dr̄ incaſtratura: q₂ in eo q̄ſi in caſtro vniunt̄ li
gna ⁊ muniūtur.
I ncauſtū ſti in encauſtū exponit̄.
I ncedo.ab in ⁊ cedo dis cōponit̄ incedo dis ſi ſuz dere.i.
ire: ⁊ eſt nobiliuz.⁊ regit poſt ſe ntūz:vt incedo ſup̄mus
Uide plenius de hoc in t̄cia parte vbi agit̄ ō regimie in
caplo de noiatiuo caſu.
I ncenatꝰ ta tum.i.non cenatꝰ: Dañ.vj. Et abijt rex i do
muz ſuam: ⁊ dormiuit incenatus.
I ncendo dis di ſuz.i.valde accendere:verbuz actiuū eſt:
⁊ ꝯpo.ab ī ⁊ cādeo des:ſic̄ ⁊ accēdo dis: ⁊ ſuccēdo dis.
I ncenis.ab in ⁊ cena ꝯponit̄ hic ⁊ h̄ incenis: ⁊ h̄ ne:q̄i ſi
ne cena.i.ieiunꝰ: ⁊ ꝑducit penl't.
I ncenſum ſi.i.thus ab incendo dis dr̄.
I ncentiuus.ab īcendo dis dr̄ hic īcentiuuꝰua uū: ⁊ h̄ in
centiuū ui:qꝺ incendit:vl' eſt⁹ libidis: ⁊ ꝑdu.penl'.
I ncentor.ab incendo dis dr̄ hic incētor toris vñ dic̄ Iſi.
Incentor dicit̄ ab eo qꝺ incendat atq₃ inflāmet.⁊ ad
dit: Incentor eſt q̄ praua ſuggeſtione cor alioꝝ ſuccen
dit: ⁊ ꝑſuadendo inflāmat.
I nceſſo ſis ſiui ſituz v̄buz actiuū.i.ꝓuocare:ab incedo dis
dr̄.vñ Boetiꝰ:Tu ſolebas inceſſire p̄ſentē fortunaz.
I nceſſus ſus ſui.i.itio ab incedo dis inceſſuz dr̄.
I nceſtus.Caſtꝰ vl' ceſton compo.cū in.⁊ dr̄ inceſtus ſta
ſtuz:q̄ſi incaſtus q̄ cū moniali:cōſanguinea:vel virgine
concūbit.vñ hoc inceſtuz ſti.⁊ īceſtꝰſtꝰſtui:talis coitus
illicitus: ⁊ inceſto ſtas verbū actiuū.i.taliter impudicare
ſm Hug.vide in raptus.
I nchoatiuū v̄bū definit in ſco: ⁊ ſignificat initiuz actꝰ vel
paſſionis ſui p̄mitiui: vt pleniꝰ dixi in tractatu de ſpēbꝰ
v̄boꝝ in ca.de verbo inchoa.
I nchoo as aui are atū.i.incipe.vnde inchoatꝰ ta tuz.i.in
ceptꝰ.vñ ichoatio onis.i.inceptio.Itē ab inchoo ichoo
atiuus ua uz.i.iceptiuus.
I ncido dis di dere ſup̄.caret.i.in aliqua ꝑte cadere.vnde
in Luca.x.ca.f. Incidit i latrones.⁊ cōpo.ab in ⁊ cado
dis: ⁊ corr.ci. Item inuenit̄ incido dis di ciſuz dere: qꝺ
compo.ab in ⁊ cedo dis cidi.⁊ ꝑdu.ci vbiq₃.vñ verſus:
Qui putat incidit:incidit ille cadēs.
I ncieo cies ciui citū.i.vocare:cōmouere: ꝓuocare: ab ī ⁊
cieo cies cōpo. Item dr̄ incio cis ciui citū:ab ī ⁊ cio cis.
I ncincta cte fe.ge.i.pregnās q̄ſi ſine cinctu:q₂ p̄cingi for
tit̄ vterus nō ꝑmittit.⁊ cōpo.ab in ⁊ cingo gis.
I ncio cis exponit̄ in cieo cies.
I ncipio pis cepi ceptū:ab in ⁊ capio pis cōpo. ⁊ corri.ci.
Inuenit̄ etiā incipit v̄bū iꝑſonale.Nota ꝙ ſūt q̄daz ver
ba iꝑſonalia nō ſimpliciter:ſed ex adiūcto q̄ ſequnt̄ cō
ſtructiōes illoꝝ verboꝝ iꝑſonaliū q̄bus adiūgunt̄.ſ.in
cipit ſolet:deb₃:deſinit:pōt: vt Socratis icipit intereſſe
legere: Sic̄ pleniꝰ dixi in tercia ꝑte vbi egi de verbis in
capi.de verbis iperſonalibꝰ.
I ncircūſcriptꝰ pta ptū.i.termīo carēs: q̄ circūcludi neq̄t
⁊ deriuat̄ ab incircūſcribo bis.Et ſcias ꝙ ꝓprie corpꝰ
a loco circūſcribit̄.aīa vero vel angelus non circūſcri
būt̄ ꝓprie ⁊ abſolute loquēdo:tñ reſpectu dei ⁊ angelꝰ
corpꝰ dr̄ ⁊ circūſcribit̄.vnde dic̄ Greg.Et mittūt̄ igitur
angeli ⁊ aſſiſtūt: q₂ ⁊ ſi circūſcriptꝰ eſt angelicus ſpiritꝰ
ſūmus tñ ſpiritꝰ iꝑe q̄ deꝰ ē circūſcriptus nō eſt.Angeli
itaq₃ miſſi ante ip̄z ſūt: q₂ quolib₃ miſſi veniāt intra ip̄m
currūt.Prop̄e tñ angelꝰ in loco nō dr̄ eē diffinitiue:q₂
ita ē i vno loco ꝙ ē vbiq₃:vl' ī pluribꝰ locī. S₃ deꝰ vbiq₃
eſt eſſencialit̄:p̄ñtialit̄: ⁊ potētialter.
I ncifiuus ua uum.i.nō in tp̄e ſectꝰ:vel īmaturus:vel ſuꝑ
fluus.⁊ deriuat̄ ab īcido dis.Hora.in odis:Ut gaudet
incifiua decerpēs pira.⁊ hoc incifiuū ui pōt dici ſubſtā
tiue ſuꝑfluuz illud qꝺ incidit̄ de aliqua materia.vide
etiaz in proficuus.
I ncito tas:cōponit̄ ab in ⁊ cito tas.vide i cito tas.
I nclemēs.ab in ⁊ clemēs cōponit̄ inclemēs tis ge.omis
vnde h̄ inclemētia tie: ⁊ dr̄ iclemēs:inexorabil':crudel':
imiſericors:ipiꝰ.⁊ ꝑduc̄ cle.vñ in aurora dr̄:Donec ho
norat eas ſūmi clemētia regis.
I nclino ex in ⁊ clino nas cōpo.iclino nas aui are: q̄ſi in
tus clinare.i.reflectere.vñ h ⁊ h̄ inclis ⁊ h̄ ne: ⁊ iclinus
na num:idem.⁊ hoc inclnatoriū rij: ⁊ ꝑdu.cli.inclino.
vñ in aurora dr̄:Tūc caput iclinat emiſſus ſpūs exit.
I nclytꝰ ta tū:penl'.corr.in clytꝰ exponit̄.
I ncludo dis in claudo dis exponit̄.
I nclunior aris atū.i.cōcubitū pati.⁊ cōpo.ab in ⁊ clunis
Inuenit̄ etiaz iclunio as verbū actiuū ꝑ clunes incurua
re:vel eleuare.
I ncluſor ſoris maſ.ge.⁊ hic incluſoriꝰ rij:dr̄ ille q̄ vicino
rum claudit pecora ꝓ ferefacto: ⁊ dr̄ ab includo dis ſm
Hug.Incluſor etiā pōt dici q̄ aliq̄d includit:ſicut auri
faber q̄ includit gēmaz in annulo.⁊ ꝑdu.penl'. incluſor
taz in ntō quā in gtō.
I ncola le.ab īcolo lis dr̄ hic ⁊ hec incola le cōmunis ge.
⁊ cor.penl'.i.aduēticiꝰ.Incola eni nō idigenā:ſed adue
naz deſignat.vide in īquilinꝰ.
I ncolatus.ab incola dr̄ incolatꝰ tus tui.i.inhabitatio vl'
manſio.vñ ꝓpheta:Heu mihi q₂ incolatus meus ꝓlon
gatꝰ eſt.i.inhabitatio:ꝑegrinatio:māſio.
I ncolo lis in colo lis exponit̄.
I ncolumis.ab in ⁊ columis:vl' colūna cōpo.hic ⁊ hec in
columis ⁊ hoc me:idez qꝺ columis.⁊ eſt ibi in non pri
uatiuum:ſed augmētatiuum ⁊ intentiuū:q̄ſi valde ere
ctus:fortis:ſtabilis:alacer.⁊ ꝯpat̄.Iñ hec incolumitas
tatis.i.ſanitas alacritudo.
I ncomicio cias in comiciū cij exponit̄.
I ncomodo das:in comodus exponit̄.
I ncōpetens.cōpotēs cōpo.cū in ⁊ dr̄ in cōpetēs tis ge.
oīs.i.cōueniēs ⁊ ꝯpat̄ icompetēs tior ſimꝰ.vñ hec icō
petētia tie.i.incōueniētia.⁊ corr.pe.
I ncōplexus.ab in cōplexus cōponit̄ in cōplexus xa xū.i.
nō cōplexus.Uñ a dialecticis terminꝰ cōplexus dr̄ qui
cōſtat ex pluribꝰ dictionibꝰ:vt homo albus: Terminus
vero incōplexus dicit̄ ille qui vnica dictiōe cōtentus
eſt vt homo.
I ncōcinus.ab in ⁊ cōcinus cōpo.icōcinus na nū.i.icon
gruus:nulli cōcors:in quo diſcordāt mores inter ſe: ⁊
ab alijs.⁊ cōparat̄ vt incōcinꝰnior ſimus.vñ incōcine
nius ſime aduer.⁊ hec incōcinitas tatis.
I ncōditus.i incōpoſitus: inordinatꝰ:ipolitus:rudis:ſm
Pap̄.⁊ ꝑdu.pel'.Itez pōt eā corripere: ſicut cōditꝰ pōt
corripi.⁊ ꝑduci in penl'.vide i cōditꝰ ⁊ in iteriectio.
I ncōiugꝰ expo.in cōiugus.
I cōſultꝰ ta tuz:expo.in cōſultꝰ.
I ncōſutilis.a cōſuo is deriuat̄ hic ⁊ hec conſutilis ⁊ hoc
le:qꝺ cōponitur cū i: ⁊ dr̄ hic ⁊ hec incōſutilis ⁊ hoc le

penl'.cor. Joh.xix. Erat aūt tunica incōſutil'.i.cū pan‑cis ſuturis: vt eſſet minoris ſumptuſ. Paupes eni ſol ēt q̄to minus poſſūt pannos diuidere: ⁊ paucas ptes fa‑cere: vt fortiora ſint idumēta ⁊ minoris ſūptus. Quidā; vero ſic exponunt: Jncōſutil'.i.ſine ſutura acus: ſ; reticu lato opere facta: ⁊ ideo aperte ſcindi nō poterat. ſed nō ē veriſiſe q̄ iſta tunica tāte eſſet artl: qū chriſt⁹ paup eēt ⁊ ſūme humilis. Erat aūt ɔtexta deſup.i.ꝑtota; ptē ſu‑periorem habebat pannu; ex tranſuerſo deſup poſitū ad modū corrigie i pellicijs: vt fortior eſſet. Chryſo. ſic dic: Duplex erat iſta tunica per totu;.i.duplicato pāno ſm morem paleſtine regiōis: vbi pauperes habent veſtes cauſa fortitudis. Quidā aiūt allegoria; p iſtud oſtendi: quonia; non ſimplicif homo erat qui crucifixus erat: ſed deſup deitatē habebat. Quida; ipa; ſpē; tunice aiūt euāgeliſta; hiſtorice deſignare. q: eni in paleſtina du‑os pānos cōmittētes ita ſubtexerūt indumēta: oſtēdit Johānes quonia; tal' erat tunica ex his: q: deſup ſub‑texta. Jſta tunica ferf a beata virgine ipi chriſto in īfā‑tia facta ⁊ aptata fuiſſe: ⁊ creuit cū ipo creſcēte. Qd nō dz eē īcredibile: qu; ſile miraculū ɔtigerit filijs iſrl' i ſoli tudine: vt habef Deu.ca.viij.

I ncōtaminat⁹ ta tū: ⁊ df ipollut⁹: incorrupt⁹: nō detur‑pat⁹: nō cōtaminat⁹. ⁊ cōponif ab in ⁊ cōtaminat⁹.

I ncōtinēs tis ge.oīs.i.nō cōtinēs: ab in ⁊ ɔtinēs. vñ hec incōtinētia tie.i.nō cōtinētia. vide in cōtineo nes.

I ncrepo pas pui ⁊ increpaui inuenif. ⁊ corri.cre. vide ſu‑pra in crepo crepas.

I ncuba he cōmunis ge.penul.cor.q̄ vl' q̄ ſꝫ incūbit vl' in cubat. ⁊ df ab incubo bas vel incūbo bis.

I ncubi vl' icubones idē qd piloſi q̄da; demōes ſūt. vide ī piloſus. ⁊ cor.penul' icubi: ſed incubones eā ꝑdu.

I ncudineus nea neū: qd ptinet ad incudem: ⁊ deriuatur ab incus incudis.

I nculco. ab in ⁊ calco cas cōponif inculco cas caui ca‑re: valde calcare: int⁹ calcare: verba iterando multipli‑care: iactare: ⁊ couertitur a ſimplicis in u.

I ncunctāter aduer.i.dubitanf ſm Pap.

I ncuria.i.negligētia ab eo q̄ cure nō ſit ſm Pap.

I ncurſo ſas vbu; frequētatiū: ⁊ formaf ab incurſu ſup. de incurro ris: u mutata in o.

I ncus. ab incudo dis deriuaf hec incus cudis.i. inſtru‑mentu; illud ſuper qd fabricaf: q: in ea cutif aliqd.i.fe riendo ꝑducif: Ueteres eni nō icudē: ſed intude; voca bāt: q: in ea metallū tūdaf.i.tendaf. vñ intudis dicitur malleus a tūdēdo.i.tendēdo. ⁊ ꝑdu.tu: ſicut cudo dis vide in cudo dis.

I ncuſo ſas exponif in accuſo ſas.

I ndago gas gaui gare.i.īquirere: inueſtigare. vnde hec i dago ginis inueſtigatio: inq̄ſitio: ⁊ ꝑducit ga. vñ theo‑dol⁹: Nec cuiq; hoīm dedit idagare ſepulcru;. ⁊ videf in hoc verſu h vim habere littere.

I nde aduer. deriuaf ab i: ⁊ ɔponif vt deīñ: exinde: ꝑinde: proinde: ſubinde. Et differūt: q: exinde ⁊ deinde ⁊ ſub inde aduer. ſūt loci vel ordis. Perinde aduer. ſil'tudis vel q̄litatis.i.taliter. ꝑinde eſt coiūctio illatia.i.igitur Jnuenif tñ q̄nq; aduer. loci vl' ordis. ⁊ iſta q̄nq; apoco pāf vt exi. ꝑin ſubin pin: dein. ꝑ exiñ deinde ⁊c̄. Et ſcias q̄ oīa cōpoſita ab inde deberēt acuere penl'.iuxta re gulā illā: Si aliqua ꝑpoſitio cōponif cu; aduerbio ha‑bente penul.lōga; tūc ipa penul. dz acui: vt alōge: delō ge: abint⁹: excepto vno ſolo aduerbio.ſ. inde: qd ſi cō‑ponaf cū ꝑpoſitiōe: tūc ipā āſpenl'.acuenda eſt: vt exi‑de deinde ꝑinde ⁊c̄. ita dic. Hug. De hoc vide in ſecūda

pte i ipedimētl accēt⁹ in ca. de ipedimēto diſtictiōis.

I ndecor coris in decor coris vide.

I ndefeſſus ſa ſu;.i.infatigabilis: vl' indeficiēs ſꝫ Pap.

I ndemno nas naui nare natū: cōpo. ab in ⁊ damno nas ⁊ mutaf a in e: ⁊ eſt indēnare nō dānare indēnu; facē: vel oſtendere. vñ indēnat⁹ ta tū ⁊ hic ⁊ hec indēnis ⁊ h ne.i.ſine damno vl' damnatiōe.ſ. nō dānat⁹. vñ indēnit aduer. ⁊ hic ⁊ hec indēnitas tatis. Proſper: Jndēnis ꝑ‑prium: ſuat ſapiētia cenſū.

I ndept⁹ ta tu;.i.acq̄ſit⁹: Jn indipiſcor eſt.

I ndetōſus ſa ſu;.i. nō detōſus: ab in ⁊ detōſus.

I ndex. ab indico cas df hic ⁊ hec ⁊ hoc index cis: ⁊ indi‑cat. vñ hoc iudiciū cij. Judex etiā df penultim⁹ digitus .ſ. collatralis pollici: q: in eo īdicam⁹: ⁊ tūc eſt tm̄ maſ. ge. ⁊ corri. di.

I ndia dic q̄da; regio. Jñ indus da dum: ⁊ indic⁹ ca cu;: gentile. vñ ⁊ q̄dam gen⁹ coloris dictū eſt iudicū: q: i i dicis calamis inuenif ſpuma adherēte limo: ⁊ ē colorl cianei mixturā purpurei ceruleiq; mirabilem reddens ⁊ indic⁹ ci: q̄dam lapis alb⁹. Job. xxviij. dicif: Nō cōfe‑ref tinctis indie colorib⁹. Et ſcias q̄ indie tres eē ab hi‑ſtoriographis aſſerunf. prima eſt q̄ ad ethiopiā mittit: ſecūda que ad medos: tria que ad fine; facit. Jn hāc in greſſus eſt bartholameus apl's.

I ndicēs in dico cis vide.

I ndico cas penul. cor. in dico cas eſt.

I ndico cis penul'. ꝑdu. in dico cis eſt.

I ndictio. ab idico cis deriuaf hec indictio oniſ.i.edictio vel annūciatio: ſiue edictu;. Hic pōt queri quid ſit indi‑ctio ⁊ ad q̄d ſit inuēta ⁊ vnde inoleuit cōſuetudo vt in‑dictiōes vocarenf: ⁊ vbi ſumāt exordiu;: q̄liter indictio poſſit inueniri. Jndictio ſolet appellari idictionū cicl⁹ .i quīdeci; annoꝝ tps. Qñq; etiā indictio appellaf q̄li‑libet ann⁹ illi⁹ tpis: vt ꝑmus ann⁹ dicaf ꝑma indictio: ſe cūd⁹ ſecūda: tercius tercia: ⁊ ſic ꝑ ſingulos annos vſq; ad quintūdecimū annū indictōes venientes rurſus ad ꝑmu; anni ꝑncipiu; reuoluunf. Qñq; etiā dicebaf ōli; īdictio illō tps i quo ɔſil'ia tbuta ꝑſoluebāt romanis.ſ. ſpaciū annoꝝ q̄nq;. Jndictōes inuēte ſūt ad notādū q⁹ tpe aliq̄d ſit actū. ⁊ inuoleuit tal' ɔſuetudo a romaniſ. ⁊ tal' appellatiōis ratio ab eis ſumpſit exordiū: Romani .n. debellato orbe ⁊ ſibi tributario facto triplicē ordinē tempoꝝ ad triplex gen⁹ tributoꝝ ꝑſoluendū ꝑſcripſerūt Erat eni edictū in vniuerſos dicioni eoꝝ ſubditos: vt ſemper infra quīdeci; annos auro: vel argēto: ere: fer‑ro: ſoluerēt tributa: ⁊ hoc tali ordine. Cōſtituerāt ſic ro mani: vt ꝑmo q̄nquenio ſoluerēt aurū ⁊ argētu; ad ſu‑ſtētanda; rēpub. ⁊ ita q̄nq; anni dicebāf ꝑma indictio: Deiñ in alio q̄nquēnio.i. in alijſ q̄nq; annis ſolueretur es: ⁊ huiuſmōi metallū ad faciēdaſ imagines illuſtrib⁹ viris q̄ ꝑmeruerēt ⁊ ad depigēda fortia facta eoꝝ. vt eſ ſent i memoria. vñ finitis ꝑmis annis in principio ſexti anni fiebat edictū vt deinceps ſoluereſ es. ⁊ iſti q̄nq; an ni dicebāf ſecūda indictio. Jn tercia indictiōe ſoluebaf ferrū ex q⁹ fiebāt arma ad debellādos hoſteſ. vñ finita ſecūda īdictiōe i ꝑncipio vndecimi āni fiebat edictū: vt i illis q̄nq; annis ſolueref ferrū. Ultra aūt numerū q̄n deci ānoꝝ nō ꝑcedāt. ⁊ appellatū ē hoc tps q̄ndeci an‑noꝝ indictio vna: vel indictionū vn⁹ ciclus: in quo ple‑narie mūdus expleuit. qd a romanis indictū erat. Sic aūt a romaniſ actiōes ſuas notabiles ꝑ indictiōes āno tauerūt: ſic eccleſia romana adhuc ſpūalia ꝑſoluēs tri‑buta notabilia facta per indictiōes conſueuit ānotare. vnde adhuc ſingulis annis paſcali feſto cū anno dñice

animū ꝑpatū ad hoc ꝙ in ſingulari inimicū diligeret ſi
neceſſitas occurreret. Sed ꝙ abſqꝫ articulo neceſſita-
tis hō hunc actū īpleat vt diligat inimicū ꝓpter deum
hoc ptinet ad ꝑfectionē charitatis. qū enī ex charitate
diligaṫ ꝓrim⁹ ꝓpter deū: quāto aliq̄s magꝭ diligit deū
tanto etiā magis ad ꝓrimi dilectionē aſcendit nulla ī
micitia impediente: ſicut ſi aliquis multū diligeret ali
quē hominē amore ipſius: filios ipſius amaret etiā ſibi
inimicos: ⁊ totam eius familiā. vide in dilectio: ⁊ ī cha
ritas: ⁊ in amor.

I ninterpretabilis. ab in ⁊ interp̄tabilis ꝯponiṫ hic ⁊ hec
ininterp̄tabilis ⁊ hꝫ le: qꝺ īterp̄tari nō pōt. vel nō habi-
le ad īterp̄tandū. Hebre. v. Ininterp̄tabilis ad dicēdū.

I niqu⁹. equ⁹ adiectiuū cōponiṫ cuꝫ in: ⁊ dr̄ iniquus qua
quum. i. nō equ⁹. ⁊ ꝯpaṫ. vn̄ hec iniq̄tas tatꝭ. ⁊ cor. ꝑmā
vn̄ Pāphil⁹: Semꝑ iniquoꝝ ſcelus īpedit acta bonoꝝ.
⁊ ſcribiṫ iniquus ꝑ geminū u in vltima ſyllaba.

I nitus ta tum penꝉ. cor. i. inceptus: ab ineo inis initum.

I niungo gis xi ctum ex in ⁊ iungo gis cōponiṫ: ⁊ eſt in-
iūgere p̄cipere: ſicut vult Hug. Multū tamē ꝓbabili⁹
videṫ ꝙ iniunctio minus īportat q̄ꝫ preceptū: qꝛ qn̄ p̄-
latus vult aliquid inquirere vel inuenire: p̄us iniungit
⁊ poſtmodū facit p̄ceptū.

I niuria rie in iniurius eſt.

I niurius. ab in ⁊ ius cōponiṫ iniuri⁹ ria riū. i. tortuoſus:
nō ſeruans ius: q̄ſi ſine iure. ⁊ inde hec iniuria rie. i. iīu-
ſticia q̄ſi ſine ius: vel ꝯ ius: qn̄. ſ. fit aliquid ꝯtra ordinē
iuris. vn̄ iniurioſus ſa ſum. i. iniuri⁹: vel potius ille qui
patitur iniuriā ab aliquo. ⁊ comparaṫ. vnde iniurioſe
ſius ſime aduer. ⁊ hec iniurioſitas tatis. Itē ab iniuria
iniurior aris atus ſum iniuriari. i. iniuriā facere. ⁊ ꝯſtru
itur cū datō: vt iniurior tibi.

I niunx. iugū cōponiṫ cū in: ⁊ dr̄ hic ⁊ hec iniūx gis. Iteꝫ
cōponiṫ cū ſe: ⁊ dr̄ hic ⁊ hec ſeiunx gis in eodē ſenſu.
Iniuges dicunṫ boues nōdū iugo cōiuncti. Idē dicūṫ
ſeiuges: q̄ſi ſeorſum a iugo ſm Hug. Et in greciſmo dr̄:
Bos nōdū domitus a multis dr̄ iniunx.

I nnocens. i. nulli nocens. vide in noceo ces.

I nnocuus ex in ⁊ nocuus cōponiṫ innocuus cua cuū. i.
innocens: ⁊ cui nō noceṫ ſm Hug.

I nnoxius. ab in ⁊ noxi⁹ xia xiū: q̄ſi ſine noxa. Innoxius
ꝓp̄e dr̄ cui quiſqꝫ nocere nō nouit: nec ipſe alij.

I nnuba. ex in ⁊ nubo ꝯponiṫ hꝫ innuba be. i. innupta q̄
que nulli nupſit: ⁊ q̄ adhuc vultū ſuuꝫ nō velat: ⁊ cor.
nu ſicut ꝓnuba: lꝫ nubo bis eā producit.

I nnuitio onis fe. ge. ⁊ īterponiṫ i cā euphonie. deberet
enī dici innutio: ab in ⁊ nutus ti addita o.

I nnulus. ab innuo is deriuaṫ hic innul⁹ li. ⁊ ſunt innuli
filij ceruoꝝ: ab innuēdo dicti: qꝛ ad nutū matris abſcō
dunṫ. vnde innulinus na nū: ⁊ innuleus lea leū ī eodē
ſenſu. ⁊ hic innuleus lei idē qꝺ īnulus. Canti. ij. Simi
lis eſt capree innuloqꝫ ceruoꝝ.

I nnuo is nui tū. ex in ⁊ nuo is componiṫ. ⁊ ē innuere nu-
tum facere: vel ſignū dare intelligendi: ⁊ eſt neutꝝ.

I no grece: vinum dr̄ latine.

I nolitus. ab in ⁊ oleo les deriuaṫ inolitus ta tū. i. inſue-
tus: innatus: naturalis. vn̄ inolita bonitate. i. inſueta et
innata: ⁊ corripit li.

I nomellum. ab ino qꝺ eſt vinū ⁊ mel componiṫ hꝫ ino
mellum li. i. vini vel mulſi: ⁊ mellis cōfectio.

I nopinabilis. vide in opinor.

I nops. ops opis cōponiṫ cū in: ⁊ dr̄ hic ⁊ hec inops pis
Uel dic ſm ꝙ dicebatur antiquitus hic ⁊ hec ⁊ hꝫ ops
i. diues: fecundus: opulent⁹. ⁊ inde componiṫ inops

pis. i. pauꝑ. ſed differūt. inops ꝓprie dr̄ qui nihil habet
qui nec ſibi ſufficere pōt: nec alijs largiri. ſꝫ pauꝑ dr̄ q̄
lꝫ alijs largiri nō poſſit ſibiipſi tn̄ ſufficit. vn̄ ⁊ copula-
tionē recipiūt: vt ibi: Ego ſū pauꝑ ⁊ iops. ⁊ alibi: Pau-
peri ⁊ inopi tu eris adiutor. Uel inops cōponiṫ ab in
⁊ ops opis ꝓ terra: idē dr̄ inops q̄ſi ſine terra. i. inſepul
tus: q. ſ. caret ſepultura. vn̄ hec inopia pie ſm Hug. In
greciſmo dr̄: Nulli⁹ poſſeſſor inops homo dr̄ eſſe.

I nquilinus. ab incolo lis dr̄ inquilin⁹ ni. i. aduena: q̄ſi in
colens aliena. nō enī ꝓpriā ſedē: ſed in terra aliena īha
bitat. Sꝫ differentia eſt inṫ inquilinū ⁊ aduenā vel īco
lam. nam inquilini ſunt qui emigrant. nā incola nō in
digenā ſed aduenā deſignat. hec eſt ergo inter illa dif-
ferentia. Inq̄lini ſunt q̄ emigrāt: ⁊ nō ꝑpetuo ꝑmanēt
Aduene vel incole aduētitij ſunt: ſed ꝑmanētes ijdeꝫ ⁊
accole. Peregrini v̊o dicunṫ: qꝛ ꝑentes eoꝝ ignoranṫ:
ſunt enī de lōginq̄ regione. Indigene v̊o ſūt īde geniti
⁊ in eodē loco nati vbi habitant. vel inquilin⁹ cōponiṫ
ab in ⁊ culina. ſ. vilis ciuis: ⁊ aduentici⁹ ſm quoſdā.

I nquino nas naui. i. maculo: deturpo: ⁊ componiṫ ab ī
⁊ cunio nis: vel ab ī ⁊ coquina: ⁊ cor. qui. vn̄ ī Aurora
dr̄: Petrā qua gradiṫ virtus nō īquinat anguis.

I nquio quis ſm Hug. defectiuū eſt: ⁊ eſt tertie ꝯiugatio
nis. vn̄ v̊ſus: Tertia vult inq̇t: q̄rtaqꝫ ſumit ait. Ex hoc
colligiṫ ꝙ inquim⁹ cor. penꝉ. ſicut legimus: ſed aim⁹ ꝓ
ducit i ſicut audimuſ. ⁊ ſcribiṫ inquit ꝑ t: ⁊ nō per d: qꝛ
nullū verbū in d deſinit in tertia ꝑſona p̄ſītis indicati-
ui modi. ſm aūt analogiā fere tota eius declinatio in-
ueniṫ: vt ſupra oſtendi in tertia ꝑte in tractatu de p̄te-
ritis tertie cōiugationis ī p̄ncipio.

I nquiro ris. ab ī ⁊ q̄ro ꝯponiṫ: e ꝯuerſa ī i. vide ī q̄ro ris.

I nſanus. ſanus cōponiṫ cū in: ⁊ dr̄ inſan⁹ na nū. i. nō ſa-
nus. ⁊ ꝯpaṫ. vn̄ inſane nius ſime aduer. ⁊ hec īſania
nie: ⁊ inſanio nis niui nire. i. furere: ⁊ eſt neu. ⁊ ponitur
qn̄qꝫ ꝓ ſcribere verſus ⁊ facere vel cantare: qꝛ olim po
ete credebanṫ inſaniri qū verſus faciebāt: ⁊ ſtudio va-
cabant. vn̄ Uirgili⁹: Inſanire libet qm̄ tibi.

I nſcitia. ab inſcitus ta tū dr̄ hec inſcitia tie. i. ignorantia
vn̄ Hora. in epi. Sed turpē putat inſcitie metuitqꝫ litu
ram ſm Hug. Itē ſapie. xix. Aliā aſſumpſerūt ſibi cogi
tationē inſcitie. Itē ſapīe. xiiij. Sed in magno viuentes
inſcitie bello. Et ſcias ꝙ inſcitia formaṫ ab inſciti geniti
uo de inſcitus ta tuꝫ: addita a: qꝛ regula eſt: I ante cia
breuiaṫ in denominatiuis: q̄ formanṫ addita ſcia: vt iu-
ſt⁹ iuſti iuſticia: ſed inſcitia nō formaṫ addita cia: ſꝫ ad-
dita a: vt inſcitus ti: addita a fit inſcitia: ⁊ iō ꝓducit i an
tia: ⁊ ita teneas. vn̄ inſcitia ſcribiṫ per t in penꝉ. ſicut in-
ſcitus inſciti in vltima.

I nſcius ſcia ſcium: quaſi ſine ſciētia ab in ⁊ ſcius: quod
eſt ſciens componitur.

I nſenſis. ſenſus componiṫ cum in: ⁊ dr̄ hic ⁊ hec īſenſis
⁊ hoc ſe. i. ſine ſenſu.

I nſeto tas taui tare. i. filo ſetā adaptare: ⁊ componitur
ex in ⁊ ſeta te.

I nſidie. ab inſidio des dicūṫ he inſidie inſidiaꝝ: ⁊ hic in-
ſidioſus ſa ſū: ⁊ inſidior aris. i. īſidias tendere ⁊ p̄ꝑare.

I nſignis. ſignū componiṫ cū in: ⁊ dr̄ hic ⁊ hec inſignis et
hoc ne. i. p̄clarus: ornatus: nobilis: glorioſus: magne fa
me: q̄i hn̄s eminēs ſignū p̄ alijs. vn̄ hꝫ īſigne gnis ſubſtā
tiue. i. ornamentū. ⁊ inſignio gnis niui nire. i. nobilita-
re: ornare: exaltare: inſignē facere. ⁊ eſt actiuū inſignio.

I nſilo lis in ſalio lis exponiṫ: ⁊ cor. ſi.

I nſimulo. ab ī ⁊ ſimulo cōponiṫ inſimulo las laui lare
. i. accuſare: quia accuſatoris eſt ſimulare: in aduerſariū

quicq̄d pōt. ⁊ inſimulo₂ laris inuenit̄ in eodē ſenſu i genere deponēri ſm Hug. Item inſimulo.i.nō ſimulo nō fingo.vñ inſimulat⁹ ta tū.i.nō fictus.Sap.xxiij. In ſimulatū imperiū tuum po₂tans.i.nō fictum. vel com ponit̄ ab in ⁊ ſimulatus.

I nſinuatio onis fe.ge.exponit̄ in ſinuo as.

I nſipidus da dum.i.nō ſapidus penl̄.co₂.⁊ cōponit̄ ab i ⁊ ſapidus. ⁊ compat̄ vt inſipidus dio₂ ſim⁹. ⁊ ab h̄ gtō inſipidi:addita tas fit hec inſipiditas tatis.

I nſipiens ex in ⁊ ſapiens cōponit̄ hic ⁊ hec ⁊ hoc inſipi/ens tis.i. nō ſapiēs: q̄ſi ſine ſapo₂e ⁊ ſapia.⁊ compatur vnde hec inſipientia tie.

I nſiſto ſtis in ſiſto ſtis exponit̄.

I nſitio onis.ab inſero ris:vel ab inſitus ta tum inſiti:ad dita o fit hec inſitio onis.Et ſcias ꝙ inſero ris ui tū:idē eſt qđ plantare.⁊ eſt ꝓpe inſerere: plantare ꝑ immiſſi onē ramoꝝ ad inuicem.vñ Ouidius de remedi.Ueneat inſitio fac ramū ramos adaptet.

I nſolens.ab inſoleo les đr inſolēs tis ge.oīs.i.ſupb⁹: fa tuus:mo₂ib⁹nō cōueniens.⁊ compat̄.vñ inſolent̄ tius ſime aduer.⁊ h̄ inſolentia tie.i.ſupbia:fatuitas.vel pōt ↄponi inſolēs ab in ⁊ ſolēs q̄ſi nō ſolens:⁊ co₂.ſo.

I nſoleſco ſcis.i.īcipio ſolere.⁊ eſt incboa.huius verbi in ſoleo les:qđ componit̄ ab in ſoleo les.

I nſomnis.ſomnos cōponit̄ cū in: ⁊ đr hic ⁊ hec inſom/nis ⁊ hoc īſomne.i.ſine ſomno:ꝑuigil:qui do₂mire nō pōt. vñ h̄ inſomnia nie.i.vigilia vel vigilantia.⁊ hoc i/ſomniū:qđ videt̄ per ſomniū.⁊ eſt quedā ſpēs ſomni. vide in ſomniū.

I nſons.ab in ⁊ ſons ↄponit̄ inſons tis ge.oīs.i.innocēs innoxius.vñ in Eſopo: Inſontis animos flo₂ida ligua polit.⁊ compat̄.vnde inſonter tius ſime aduer.⁊ h̄ in/ſontia tie.i.innocētia.

I nſontia tie i inſons eſt.

I nſpicio cis xi ctū inſpicere:q̄ſi int⁹ↄſiderare. ⁊ cōponit̄ ab in ⁊ ſpecio cis:⁊ co₂.ſpi.

I nſtans tis exponit̄ in inſto ſtas.

I nſtar.ab inſto ſtas đr hoc inſtar īdeclina.i.ſimilitudo: potius ad ſimilitudinē.habet enī in ſe vim huius ꝑpoſi tionis ad.vñ nō debet recipere ꝑpoſitionē ad: niſi i ex/poſitione.vnde dicendū eſt:hoc eſt inſtar illius.i. ad ſi militudinē illius. Aliq̄n tamē īuenit̄:ad inſtar:ſed tūc ꝑpoſitio abundat.

I nſtauro ras raui đr ab inſtar.⁊ eſt inſtaurare:facere ſi/mile p̄o₂i:reſtituere:reficere: ad p̄o₂em ſimilitudinē ali quid facere:repare:qđ cōponit̄ vt reſtauro ras. ⁊ eſt re ſtaurare ꝓpe tertio repare. ⁊ đr inſtaurare q̄ſi in ſtatu₃ p₂iſtinū reducere:⁊ eſt etymo.

I nſtigo gas.ab in ⁊ ſtigo gas qđ eſt ſtimulare cōponit̄ inſtigo gas gaui. ⁊ eſt inſtigare valde ſtigare. ꝙ aūt đr inſtigare q̄ſi in ſtinctū agere:etymo.eſt. ⁊ ꝑdu.ſti. vñ i Auro₂a đr: Inſtigans ꝓceres voce minātē ſuos.

I nſtinctus.ab īſtinguo guis đr inſtinct⁹ cta ctū.⁊ hic in ſtinctus ctus.i.inſtigatio:pſuaſio:ſtimulatio:incitatio.

I nſtinguo guis xi ctū inſtinguere.i.inſtigare:pſuadē:vel mo₂tificare.⁊ componit̄ ab in ⁊ ſtinguo guis.

I nſtita.ab inſto ſtas đr hec inſtita ſte: quedā veſtis tala ris:que ⁊ ſtola đr. Inſtita etiā latū cingulū đr cu₃ quo puer ligat̄ in cuna. Inſtite etiā vt dicit Pap. ſunt pue lintheole que mo₂tuu₃ inuoluunt. Joh.xi.Ligat⁹ ma nus ⁊ pedes inſtitis:⁊ co₂ri.ſti.inſtita.

I nſtito₂.ab inſto ſtas đr inſtito₂ to₂is.i.mercato₂: q₂ in/ſtat mercibus emēdis.Job.xviij.Filij inſtitoꝝ ⁊c̄.ver/ſus Greciſmi:Qui vendit merces mercato₂ đr ille.In/ſtito₂ eſt qui ꝓ ꝑcio minuendo.Mercato₂ vendit:iſti to₂ ille emit.

I nſtituo.ex in ⁊ ſtatuo cōponit̄ inſtituo is.i.decernē:o₂/dinare.vnde hoc inſtitutū ti.⁊ hec inſtitutio onis.i.mo rum info₂matio.ſed ponit̄ etiā ꝓ quodā lib₂o legali tm̄ in plurali hę inſtitutiones inſtitutionū:⁊ hec inſtituta ho₂um inſtituto₂um.

I nſto.ab in ⁊ ſto ſtas componit̄ inſto ſtas ſtiti ſtitū pe/nul.co₂re.⁊ etiā inſtatū penl̄.co₂.inuenit̄.i.ↄ̄ ſtare:inui gilare:inſiſtere:inſudare.vñ inſtans ꝑticipiū ⁊ nomē:⁊ tunc compat̄.vñ inſtanter tius ſime aduer.⁊ hec inſtā tia tie.⁊ hoc inſtās tis đr tempus ſimplex. ⁊ ſic deſcri/bitur qđ qū ſit finis p̄teriti eſt p̄ncipiū futuri: vel quum incipit ſtatim eſſe deſinit.vel inſtans eſt b₂euiſſima ꝑs tempo₂is q̄ nō expectat ſucceſſionē.

I nſubulus. ab inſubulo las qđ cōponit̄ ab in ⁊ ſubulo las đr inſubul⁹ li:quoddā inſtrumentū in texēdo telā .ſ.circa qđ pann⁹ vel ſtamē inuoluit̄: q₂ inſubulat̄.i. ꝑ fo₂at̄ vt poſſit inuolui ⁊ retineri ꝓ volūtate texētis.vel cōponit̄ ab infra ⁊ ſupra:q₂ infra ⁊ ſupra ſit:⁊ co₂.bu.

I nſula le đr terra mari vndiq₃ circūſepta.vñ inſula dici tur:q₂ in ſole ſit ſita.i.in mari.

I nſulſus ſa ſum.i.nō ſalſus q̄ſi ſine ſapo₂e ſalis vel ſapi/entie.⁊ compat̄. ⁊ componit̄ ab ī ⁊ ſalſus ſa ſum inq̄/tum eſt nomen. Job.vi.Aut poterit comedi inſulſum: quod nō eſt ſale cōditum.

I nſulto.ab inſilio li liui lij vel lui inſultū tu: u in o cōuer ſa fit inſulto tas verbū frequen. Pꝛop₂ie quidem eſt in ſultare quadam cauillatione ⁊ deriſione hoſte₃ repel/lere.vñ de beato Laurentio đr:Et ſubijciētib⁹ pꝛunas inſultat leuita ch₂iſti qu₃ dicebat: Gyrate ⁊ verſate ad aliam partē.Quidā idiote legunt ibi:Exultat. ita dicit Hug. Papi.vo dicit: Inſultare.i.inſilire: ⁊ de alterius iniuria gaudere.

I nſultus tus maſ.ge.īuaſio:aggreſſio:quaſi ſaltus ī aliū impetuoſe factus.

I nſumo . ab in ⁊ ſumo cōponit̄ inſumo mis pſi mere.i. intus vel valde ſumere vel ↄ̄tra ſumere.

I nteger gra grum.i. inco₂ruptus. ⁊ cōpat̄ integer grio₂ gerrimus.vñ integre grius gerrime aduer. ⁊ hec itegri tas tatis.⁊ h̄ integritudo dinis. ⁊ iſte ablatiu⁹ integro ponit̄ aduerbialiter ꝓ itegre.⁊ componit̄ vt deintegro: exintegro.i.dehinc vel ex hinc:vel a p̄ncipio:vel de to/to ſiue ex toto. Ite₃ ab integer deriuatur integro gras graui grare.i.integꝛ facere:nouare.⁊ cōponit̄ vt reinte gro gras:⁊ interpoſita d frequēti⁹ đr redintegro gras. ⁊ hinc icboatiua integraſco ſcis: redintegraſco ſcis. Et ſcias ꝙaliter eſt in iſto incboatiuo q̄̃ in aliis. alia eni₃ incboatiua habēt ſignificationē eandē qua₃ hn̄t ⁊ ſua p̄mitiua:vt ſi ſua p̄mitiua ſignificant actū ⁊ eoꝝ incbo atiua.in hoc tn̄ alit̄ eſt.nā integro gras ſignificat actū ſed ei⁹incboatiuū ſignificat paſſionē. Integraſco eni₃ eſt incipio integrari.ſil̄r cōtingit in augeſco: l₃ de h̄ nō faciat mentionē Priſc. Integro actiuū eſt cū oīb⁹ſuis compoſitis:⁊ co₂.te. vnde i Auro₂a đr: Integrat ipo/nens omnibus ille manus.

I ntegraſco ſcis in integer exponit̄.

I ntellectibilitas in intelligo gis exponit̄.

I ntellectio onis.vide in quarta ꝑte in tractatu de tropiſ vbi agit̄ de ſynodoche.

I ntellectus in intelligo gis exponit̄. Hic nota ꝙ ſicut dicit Phs in.iij.de aia: In hoc differt itelligibile a ſen/ſibili:q₂ ſenſibile excellens deſtruit ſenſu₃. intelligibile aūt maximū nō deſtruit intellectū: ſ₃ ↄfo₂tat itellectū

Sed ɔ̃ hoc: q̄m de⁹ ſit maxīe intelligibilis quantū i ſe
eſt: q₂ eſt p̄mū intelligibile: videt̄ q̄ a noſtro intellectu
poſſit etiā nūc maxime intelligi. nō enī impediret niſi
ꝑp̄t excellentiā ſuā. Ad hoc dico q̄ quodāmō eſt ſıl̄e
in itellectu ꝛ ſenſu: ꝛ qdāmō eſt diſſıl̄e. Jn h̄.n.ſıl̄e ē:
q₂ ſicut ꝛ ſenſus nō pōt in id qđ nō eſt ꝓportionatum
ſibi: ita nec intellect⁹: qū oīs cognitio ꝑ modū cogno/
ſcentis ſit ſm̄ Boetiū. Jn h̄ aūt diſſıl̄e eſt: q₂ itelligibi/
le excellēs nō corrūpit ſicut excellens ſenſibile. vn̄ itel/
lectus nō deficit cognitione excellētis itelligibilis q₂
corrūpat̄: ſed q₂ ꝑ ſe attingit: ꝛ iō nō ꝑfecte deū videre
pōt intellect⁹ creat⁹. Jtē ſcias q̄ boni angeli: q₂ ſūt bo
ni: oꝫ q̄ habeāt plenā viſionē ſiue intellectū eoꝝ oium
de quib⁹ eſt fides quantū ad viſionē glorioſam q̄ fidei
ſuccedit: ꝛ iō ſicut fides credit corpus chriſti eſſe ſub ſa
cramento: ita viſione beati vident. Credo aūt q̄ oīa q̄
ſunt fidei ſunt ſuꝑ naturalē cognitionē ꝛ intellectū an
geloꝝ: ſicut ſupra rōeꝫ naturalē hominū. ꝛ iō myſteria
fidei dicūt̄ eē abſcondita a ſeculis in deo: Ephe.iij.ca.
vnde naturali cognitione nō vident angeli corp⁹ xp̄i
ſub ſacramento: ſed ſoluꝫ beata cognitione. Demones
v̄o nullo mō vidēt plenarie: ſed credūt ꝛ cōtremiſcūt.
Jtem ſcias q̄ vt dicit Arl.in p̄mo ethi. Sicut in corpo/
re viſus ſit: ita in aīa intellectus. Jtē ab opīone differt
intellectus: ſicut dicam in opinio.

I ntelligo gis lexi ctum intelligere: q̄ſi int⁹legere. ꝛ cōpo
nit̄ ab inter ꝛ lego gis: ꝛ mutat̄ r in l. vn̄ intelligens tis
ge.oīs. vn̄ intelligenter aduer.. ꝛ hec intelligentia tie. ꝛ
ab intelligo hic intellectus ctus ctui. vn̄ hic ꝛ hec intel
lectualis ꝛ hoc le. vn̄ intellectualiter aduer. ꝛ hec intel
lectualitas tatis. ꝛ hic ꝛ hec intellectibilis ꝛ hoc le.i.in
tellectu comp̄henſibilis. vn̄ intellectibiliter aduer. ꝛ h̄
intellectibilitas tatis. Jtem ab intelligo hic ꝛ hec intel
ligibilis ꝛ hoc le: qđ intelligi pōt. ꝛ hec intelligibilitas
tatis. ꝛ intelligibiliter aduer. Differūt tn̄ intellect⁹ ꝛ in/
telligentia ꝛ intelligibilitas. Quantū enī intellect⁹ ſu/
perior eſt rōne in tantū intelligentia eſt ſuꝑior intelle/
ctu: ꝛ in tantū intellectibilitas ſuꝑior eſt intelligentia.
Et rō eſt vis anime diſcretiua formaꝝ ad ſe inuicem
Jntellectus etiā eſt vis aīe qua forme extra naturam
corꝑalē cōprehendunt̄: vel qua incorꝑea ꝑcipiunt̄ cuꝫ
certa rōne quare ita ſint. Sed incorporeoꝝ tria ſūt ge/
nera.ſ.aīa: angelus: ꝛ deus. ſed circa diuinā ſubſtātiaꝫ
nō ꝑcipit intellectus. Proprie quidē intellectus ē vis
aīe cōprehenſiua incorporeaꝝ ſubſtantiaꝝ formis ſub
tractaꝝ vel formarū circa eas. Jntelligentia v̄o eſt vis
anime que aſpirat vt aliquid circa diuinā ſubſtantiam
cōprehēdat. Jntellectibilitas v̄o eſt quedā vis anime
omniū formaꝝ i quadā ſimplicitate cōplicatiua abſq̄
ordine naturali vel tꝑali. ꝛ tali mō de⁹ cōprehēdit res
qui eas oēs vno intuitu abſq̄ oī ſucceſſione dr̄ cōpre/
hendere. Hoc mō cognoſcendi vtunt̄ tres ordines an/
geloꝝ: qui deo ꝓpinquiores ſunt. ꝛ q₂ forte ſunt aliqui
hoīes qui quantū bonitas dei ꝑmittit ad hanc aliquo
mō accedūt cognitionē: ideo dicit Plato: Jntellectus
ſolius dei eſt: ꝛ ad modū paucoꝝ hominū. Et ponit̄ hic
intellectus ꝓ intellectibilitate: q₂ ſepe predicta vocabu
la ꝓ ſe inuicem ponunt̄. Sed certe qualitercūq̄ itelle/
ctus accipiat̄.ſ. ſiue ꝓprie ſiue improprie ꝓ intelligētia:
ſiue ꝓ intellectibilitate: pōt dici verus intellectus ſoli⁹
dei eſſe: ꝛ ad modū paucoꝝ hominuꝫ: ſm̄ qđ dic̄ Hug.
Hec aūt ad aliam ſciam ꝑtinere vident̄. vide in ſapien
tia: ꝛ in voluntas: ꝛ in rō: ꝛ in opinio.

I ntemperies. ab in ꝛ tempies componit̄ hec intempies
riei. ꝛ hoc intemperiū rij: vbi nulla ſecuritas ꝛ nullum
temperamentum eſt.

I ntempeſtiuus in tempeſtiuus exponit̄.

I ntempeſtus ſta ſtum exponit̄ in tempeſtus. Et ſcias q̄
quedā pars noctis dr̄ intempeſtiuū ſicut habes in cre/
puſculum: ꝛ in tempeſtas.

I ntendo dis di ſum vel intentuꝫ cōponit̄ ab in ꝛ tendo
dis. ꝛ eſt intendere augere: vel adiungere: vt deus intē
dit albedinē circa iſtum. ꝛ ſm̄ hoc facit intenſuꝫ ſu. vn̄
hec intenſio onis.i. adauctio. Jntendere etiā eſt operā
dare: dirigere: intentū facere: intelligē: ɔſiderare: vt iſte
intendit animū ſuū. ꝛ ſm̄ hoc ꝓp̄e facit intentū tu. vn̄
hec intentio onis.i. abſtractio: ɔſideratio. Jteꝫ intētio
qn̄q̄ ꝓ voluntate: interdū ꝓ fine accipit̄. vn̄ intentiu⁹
ua uum. ꝛ hic ꝛ hec intentionalis ꝛ hoc le. Et intento
tas v̄erbū frequen. vide de hoc in affectus.

I ntentio onis exponit̄ in intendo dis.

I ntenſio onis in intedo dis vide.

I ntento tas ex in ꝛ tento tas cōponit̄. ꝛ vt dicit Papias
Jntentat.i. intendit: multum minat̄: obijcit: impugnat
imponit: inſert. Jtē intēto tas pōt eē fre. ꝛ tūc format̄
ab intēto ſuꝑ. de intēdo dis ſū vel tū: u in o cōuerſa.

I nter. ab in deriuat̄ inter aduer. loci. ſemꝑ enī ſignificat
locū: vel quaſi locū: ſed diſſimilit̄: q̄ſi ſex modis. ſiḡt.n.
qn̄q̄ localeꝫ poſitionē in medio: vt interrumpo. qn̄q̄
tranſitionē vnius ad aliū: vt internūcius. qn̄q̄ localeꝫ
diſtantiā: vt intercapedo. quādoq̄ diſtantiā tꝑalē: vt i/
teruallum. qn̄q̄ viciſſitudinē cū trāſitione: vt Cōuerſi
q̄ oculos inter ſe atq̄ ora tenebant. qn̄q̄ ſignificat ꝑ/
manentiā in medio: vt inter amicos: ꝛ hoc cum quadā
cōtinuationis ſignificatione.

I nteraſile dr̄ interpolatū celatura ꝛ planicie. planū enī
inter celaturas quaſi raſum videt̄. ꝛ declinat̄ hic ꝛ hec
interaſilis ꝛ hoc le penul. corre. Uel ſm̄ Pap̄. Jntera
ſilis eſt anaglipha ſculptura. Alexander v̄o ſic dic̄: Qđ
nūc ſculpturis nūc planicie variat̄. Hoc ꝛ nō aliud o/
pus interaſile dicas.

I ntercalaris. ab intercalo las deriuat̄ hic ꝛ hec itercala/
rie ꝛ hoc re.i. interpoſitiuū vel interpoſitū.ſ. qđ int̄po/
nit̄: vt verſus intercalaris dr̄ qui ſepe interponit̄. vnde
hec intercalaritas tatis.i. interpoſitio.

I ntercalo las penul. corre. vide in calo las.

I ntercapedo dis ꝓdu. penl̄. nti: ſed penul. gti corr. vide i
capedo: vbi exponit̄.

I ntercedo dis ceſſi cōponit̄ ab inter ꝛ cedo dis ceſſi. ꝛ ē
intercedere ꝓ aliquo ad aliquos p̄ces facere. ꝛ eſt int̄/
cedere int̄ aliquos cedere ꝛ eſſe mediatorē: ꝛ ꝓp̄e inter
minorē ꝛ maiorē: vt maior ɔdeſcendat p̄cibus media/
toris. vn̄ ſancti dicunt̄ noſtri interceſſores apud deuꝫ
Sūt enī mediatores inter nos ꝛ deuꝫ: ſingulis diebus
deū ꝓ nobis orātes: quoꝝ interceſſiōes qui renes ſcru
tat̄: ꝛ corda nobis auxiliet̄: vt opus inceptū ad finem
laudabilē ꝑducamus. ꝛ ꝓduc̄ penl̄. intercedo.

I ncido dis cidi: ſuꝑ. caret: ꝛ corri. ci vbiq̄. ꝛ cōponit̄ ab
inter ꝛ cado dis cecidi. ꝛ eſt intercidere in aliq̄ cadere.
Jtē inuenit̄ intercido dis cidi ciſum.i. interpolati cedē
vel inter aliqua cedere. vn̄ beatus Jacob⁹ maior dict⁹
eſt interciſus: q₂ per ſingula mēbra fuit ceſus: ꝛ ꝓdu. ci
vbiq̄. cōponit̄ enī ab inter ꝛ cedo dis cecidi.

I ntercilium lij: ſpacium quod eſt inter duo ſupercilia. et
componit̄ ab inter ꝛ cilium.

I ntercipio cipis ꝛ intercapio pis in eodem ſenſu: id eſt
inter aliqua ꝛ in medio capere: ab in vel inter ꝛ capio
pis componunt̄.

Interclino nas naui nare.i.inter aliqua clinare.⁊ cõpo‑nitur ab inter ⁊ clino nas:⁊ ꝓdu.cli.⁊ inde hic ⁊ hec inter‑clinis ⁊ hoc ne.⁊ interclinus na num.

Intercludo.ab iter ⁊ claudo cõponitur itercludo dis ſi ſũ cludere.i.inter aliqua claudere:vel auferre. ⁊ inde hec intercludo dinis:idem qḋ interclusio:⁊ ꝓdu.clu.

Intercolumniũ nii ꝯponitur ab inter ⁊ columna:qui inter co‑lumnas exiſtens.ſ.illud qḋ ponitur inter colũnas:vel ſpa‑ciũ diuidens eas.In tertio tñ libro Reg.c.vij.vbi dicitur: Media itercolũnia q̃drata nõ rotũda.dicit gloſa: Me‑dia intercolũnia dic tabulã ſupiorẽ: q̃ ſicut alia q̃drata erat:ſiliq; ſculptura:⁊ i ſũmitate ſui hebat rotundita‑tem vni⁹ ⁊ dimidij cubiti:in qua lucerna ponebatur.

Interconfiniũ.ab inter ⁊ ꝯfiniũ cõponitur hoc itercõfiniũ nij.i.terminus vel locus inter duos fines exiſtens.

Intercuſo ſas verbũ freque. ⁊ formatur ab vltio ſupio de intercurro ris.ſ.curſu:u mutato in o.

Intercus.ab inter ⁊ cutis ꝯponitur hic ⁊ h̃ ⁊ h̃ iaterc⁹ cutis .i.illa res quã patimur inter carnẽ ⁊ cutẽ: ſicut eſt infir‑mitas.ſ.mal⁹humor:vel aliud huiuſmõi. vñ interc utic⁹ ca cũ.⁊ intercutaneus nea neũ. ⁊ intercutan⁹ na num: oĩa ꝓ eo qḋ eſt inter cutẽ ⁊ carnẽ.⁊ cor.cutis pmam.

Interdictũ.ab interdico cis dr hoc interdictũ cti: q̃ſi ite‑rim dictũ.ſ.qḋ interim annũciatur a iudice nõ ꝙ ppetuo maneat:ſed q̃diu dictũ eſt ⁊ ſtatutũ a iudice. Hic no‑ta ꝙ in generali interdicto debẽt iſta ꝯferri ab eccleſia .ſ.baptiſm⁹ puuloꝝ: penitentia morientiũ. Põt etiam eps puulos bapizatos ꝯfirmare. Itẽ ſemel in mẽſe vel ſeptimana populũ interdictũ ⁊ etiã excõicatũ ad eccle‑ſiã aliquã cõuocare:⁊ ei ṗdicare. Itẽ põt eucbariſtia in morte ṽe penitẽtib⁹ dari.vñ decretalis noua: Permit‑timus eccleſiaꝝ miniſtris ſemel in hebdomada tpe in‑dicti nõ pulſatis campanis:voce ſubmiſſa:ianuis clau‑ſis:excõicatis ⁊ interdictis excluſis: miſſaꝝ ſolẽnia ce‑lebrare cã ꝯficiendi corpus dñi:qḋ decedentibus in pe‑nitentia nõ denegatur. Item pmittitur ꝙ clerici decedẽtes qui pene ſeruauerunt interdictũ in cimiterio eccleſie ſi‑ne campanaꝝ pulſatione:ceſſantib⁹ſolẽnitatib⁹oibus cũ ſilentio tumulentur. Item cõceditur ꝙ in ꝯuentualib⁹ eccleſijs bini ⁊ bini vel ſimul tres horas canonicas va‑leant legere poti⁹ q̃ cantare ianuis clauſis:interdictis ⁊ excõicatis excluſis:voce ita dimiſſa ꝙ exteri⁹ nõ poſ‑ſint audiri. Per qḋ patet ꝙ interdicti ⁊ multofortius excõicati nõ debent auſcultare horas canonicas. Ite; pegrinis accipientib⁹ſignũ crucis ob reuerentiã cruci‑fixi nõ eſt penitentia deneganda:qḋ etiã alijs pegrinis põt miſericorditer indulgeri. Itẽ nota ꝙ extrema vn‑ctio nõ d; dari alicui pſone laico vel clerico vel etiã reli‑gioſo in loco generali interdicto ſuppoſito: niſi ſup h̃ habeãt priuilegiũ ſpãle.vide in vngo.

Interdiu ꝯponitur ab inter ⁊ diu.i.interim dũ dies eſt.vnde interdi⁹ dia diũ.i.iugis ⁊ cõtinuus. Inuenitur etiã ṗdius dia diũ in eodẽ ſenſu.⁊ eſt cõpoſitũ a ṗ ⁊ diu.

Interduca.ab inter ⁊ duco cis dr hec interduca ce.i. Iu‑no:que ideo ſic dr: q; intereat quãdo puelle maritabã‑tur:vel q; eas introducebat:vel q; interim dũ erant in itinere eas ducebat. Eſt eni ꝓnuba q̃ etiam domiduca dicebatur:q; vſq; in domũ puellas maritatas introdu‑cere credebatur:⁊ producitur penul.

Interdũ.i.nõnunq̃:aliq̃n:aliquotiẽs ſm Pap.

Interea.ab inter ⁊ ea cõponitur interea aduer.tpis. Quidã vo dicunt ꝙ ab inter deriuatur interim ⁊ interea. De hoc plenius dixi in tertia pte vbi egi de figura cõpoſita no‑minis. Et cõponitur vt interea loci aduer.loci.i.interi vel in eo loco.

Intereo.ab inter ⁊ eo is cõponitur itereo ris riui vel interij interire verbũ abſolutũ.i.mori:⁊ ꝓprie in itinere.vñ hic interit⁹tus.i.mors:⁊ interit⁹ta tũ.i.mortuus.

Intereſt.ab inter ⁊ ſum cõponitur interſum interes inter‑eſt interfui intereſſe.⁊ ꝯſtruitur cũ dtõ:vt interfui tali ne‑gocio.tñ eius impſonale intereſt ꝯſtruitur cum gtõ. Iſta eni impſonalia intereſt ⁊ refert ꝯſtruunt cu; genitiuis omniũ dictionũ caſualiu;: vt intereſt Socratis legere ⁊ refert Platonis diſputare. Preter iſtos quinq; geni‑tiuos ꝓnominũ pmi.ia oꝝ.ſ.mei:tui: ſui:noſtri: veſtri: loco quoꝝ ꝯſtruunt cum ablatiuis ꝓnominũ poſſeſſi‑uoꝝ in ſingulari numero.⁊ in fe.ge. tm.ſ.mea:tua:ſua: noſtra:veſtra:vt mea intereſt legere:⁊ tua refert diſpu‑tare. Si aũt ſunt genitiui poſſeſſiuoꝝ:tũc bene ꝯſtruũ‑tur intereſt ⁊ refert cu; illis gtis:vt mei fratris intereſt legere:⁊ tui patris refert diſputare. Itẽ ꝯſtruunt ṗdi‑cta vba cũ iſto gtõ cuius: vt cui⁹ intereſt facere h̃.et h̃ habemus a Priſc.in minori ꝯſtructionũ.eodẽ mõ con‑ſtruunt cũ iſto ablatiuo cuia: vt cuia intereſt facere h̃. et hoc habemus a Priſ. in maiori. Item poſſunt rege‑re ntõs quãdo ſignificant ptinentiã:vt iſte equs inter‑eſt Socratis.i.ad vtilitatẽ ſuã ptinet. Sed hic oppo‑nitur ſic: Talis regula traditur:Omne verbum impſonale actiue vocis ſiue paſſiue debet habere illũ caſum ꝑ na‑turã ſuppoſitionis quẽ habẽt ſua verba pſonalia a q̃‑bus deſcendũt a pte p⁹ ꝑ naturã reginis:vt ego amor a te.⁊ impſonale paſſiue vocis.ſ. amatur ante ſe requirit ablatiuũ:vt a me amatur. Similiter in verbis impſonalib⁹ actiue vocis:vt hoc placet mihi: ⁊ ſuũ impſonale ante ſe requirit dtm:vt mihi placet:⁊ ſic de alijs. Igitur videtur ꝙ intereſt ⁊ refert impſonalia ꝯſtruantur cũ dtis:q; eoꝝ pſonalia cũ dtis a pte poſt ꝯſtruũtur: vt interfui huic ne‑gocio. Ad hoc dico ꝙ ṗdicta verba impſonalia nõ ſer‑uant ꝯſtructionẽ ſuoꝝ verboꝝ pſonaliũ: q; nõ retinẽt eoꝝ ſignificationẽ: q; qum dico: interfui huic negocio .i.preſens fui. qum aũt dr: Impatoris intereſt habere bonos milites:mutatur ſignificatio:q; ſenſus eſt:ad vti‑litatẽ Impatoris ptinet habere bonos milites.⁊ varia‑tio ſignificationis:facit variationẽ ꝯſtructionis.

Interficio.ab inter ⁊ facio cõponitur interficio cis: interfe‑ci interfectum cere.i.occidere.⁊ cor.fi.

Interia qḋ enteria etiã dr.i.inteſtina.vnde interici dicũt qui diſſolutionẽ patiunt ventris ſm Papiam.⁊ ṗdu.ri enteria.

Interibi in ibi exponitur.

Interiectio: quedã pſorationis ideclinabilis apud lati‑nos:ab interiaceo ces dicta.⁊ nõ ꝯponitur interiectio ſ; ſimplex ẽ.cui⁹rõ eſt:q;.ꝓpriũ eſt paſſiõis deſtruere.vñ qũ interiectio affectũ paſſionis deſignet: naturã habet cõpoſitioni ꝯtrariam.⁊ ꝓpter hoc ꝯſueuit abſcondita voce ꝓferri:ergo ꝓ dolor ⁊ ꝓ pudor nõ poſſũt eſſe vna ps. Item heu de ſunt due interiectiones abſq; ꝯpoſiti‑one ſic o vtinã ſunt duo aduerbia optandi ſine ꝯpoſiti‑one venientia. De accẽtu aũt interiectionũ dixi in ſcḋa pte vbi egi de accentu interiectionũ. Et ſcias ꝙ ſic dicit Priſ. Interiectio ꝯſueuit abſcõdita voce ꝓferri:vt vah Et Donat⁹dicit:ꝙ interiectio eſt vox incõdita.i.int⁹cõ‑dita ſiue abſconſa.vñ in Grecismo dr: Ut donatus ait vox eſt incondita vox hec: Hec quoq; que plena ẽ vox interiectio nõ eſt.vide in racha.

Interitio onis fe.ge.i.mors ⁊ formatur ab interiti gtõ de interitus ta tum:addita o. Propheta: Eripuit eos de i‑teritionibus eorum.

I nterlido dis in ledo dis exponitur.
I nterlinearis. Linearis dicitur a linea quod componitur cum inter et dicitur hic et hec interlinearis et hoc re: quod est inter lineas. unde quedam gloſe dicuntur interlineares que ſunt inter lineas. vel interlinearis poteſt deriuari ab interlinium nij.
I nterminus. ab i et terminus componitur interminus na num: i. ſine termino exiſtens. vnde in hymno ſancte trinitatis dicitur: In ſimplici ſubſtantia virtus manens intermina: Papias vero dicit: Intermina internuncia: mediatrix: inſeparabili termino carens.
I ntermitto tis componitur ab inter et mitto tis. et eſt intermittere inter aliquid mittere: vel interpolare: vel intermitto quaſi interim dimitto. Eſt enim intermittere dimittere vel relinquere: vel ceſſare. ſecundum Hug. Papias vero dicit: Intermittere ad tempus dimitttere: et iterum ad idem reuerti.
I nternecio onis fe. ge. quaſi quedam hominis magna nectio mors vel pena. Internecium dicitur bellum in quo omnes perierunt nullo remanente ſecundum Pap. et formatur ab internecti genitiuo de internectus addita o et remota t. vnde dicit Priſ. in quarto libro de denominatiuis: In io terminantia plerumque a participijs fiunt preteriti temporis: quorum genitiuus aſſumpta o: et cor. i facit huiuſmodi nomina vt oratus orati oratio: lectus lecti lectio. Internectus autem internecti internecio facit cauſa euphonie abiecta t. Quidam vero fingunt etiam internitio quos non ſequor.
I nternecium cij: in internecio vide.
I nterneco. Ab inter et neco cas componitur interneco cas caui care. i. inter aliqua necare: vel interpolatim necare: vel interim dum aliquis eſt in itinere necare. vnde hec internecatio onis. i. mors que contingit alicui dum eſt in itinere. Item inter ponitur ſepe pro e: vt Uenimus mare interbibere. i. ebibere. Et ſecundum hoc dicitur interneco cas. i. enecare. et cor. ne interneco.
I nternicida. ab interneco cas quod eſt idem quod enecare deriuatur hic et hec internicida de: idem quod homicida quaſi enicida. ſ. qui falſum teſtimonium fecit et commiſit: et ob id homine occidit. vnde hec internicies ciei: mors ab illo facta.
I nternicium. ab internicida deriuatur hoc intercidium dij: vel internicium. i. mors occiſio quam internicida committit. et internicidium: vel internicium quaſi quedam hominis enecatio. et quando iudicium internicidij dabatur in internicidam et accuſatorem eius poſſeſſio bonorum ſequebatur. Internicium etiam dicitur bellum in quo omnes perierunt nullo remanente.
I nternodium dij: ſpacium inter nodos vel illud groſſum os quod eſt in genu. et dicitur internodum: quia innodat ſibi crus. et coxam iter ſe. vnde Oui. in. v. metha. Mollia nodoſus facit internodia poplex. et compo. ab inter et nodus.
I nternuncius cij dicitur: et hec internuncia cie qui vel que inter duas partes aliquid nunciat: vel nuncium portat. vnde hoc internuncium cij: id quod internuncius nunciat vel portat. et componuntur predicta ab inter et nuncius cia cium ſubſtantiuis.
I nternus na num. i. interior ab intus dicitur.
I ntero. ab in et tero ris compo. intero ris intriui intritum interere. i. intus terere mutare: vel valde terere. vnde in Dani. vltio dicitur de abacuc: quod intriuerat panes in alueolo. et corr. te intero.
I nterpello. ab inter et pello las componitur interpello las laui lare. i. interrogare: inter aliqua vocare et alloqui: et pro aliquo preces fundere. vnde ad roma. viij. ca. Qui et interpellat pro nobis. et ſcribitur per duo l.
I nterpolo. ab inter et polus componitur interpolo las laui lare. i. obſcurare: inquinare: impedire: vel interrumpere: corrumpere: variare: non continuare. vnde in hymno: Quod nulla nox interpolet fideſque iugi luceat. vnde interpolus la lum. i. interruptus: variatus: non continuus: et hec interpola le: que dam veſtis que dum ſit vetus ad nouam ſpeciem reducitur. et fit quaſi noua. et corr. hec omnia predicta po.
I nterpres. Pres ſecundum quod accipitur pro diues componitur cum inter: et dicitur hic et hec iterpres tis. Et dicitur interpres qui diuerſa genera linguarum nouit. ſ. qui vnam linguam exponit per aliam: vel vnam linguam transfert in aliam. Et dicitur ſic: quia mediator ſit inter vnam loquelam et aliam. Uel componitur a pres quod eſt diues: quia interpres ditant loquelam: transferentes vocabula de vna loquela in aliam. Uel componitur a pars partis quia interpres ſit medius duarum linguarum: quia transffert vel exponit vnam per aliam. Sed et qui inter deum interpretatur et homines: quia diuina indicat myſteria interpres vocatur. vnde interpretor taris verbum commune. i. exponere vel exponi vnam linguam per aliam. vnde hic et hec interpretabilis et hoc le: aptum ad interpretandum. Priſcianus tamen videtur velle quod predicta compoſitio precedit in verbo: et inde deriuetur interpres tis. ita dicit Hugu. Et ſcias quod interpretatio fit in diuerſis linguis: vt cinos grece: canis latine. Etymologia autem fit in eadem lingua: vt quum dicitur lapis quaſi ledens pedem. Gloſa autem ſuper illud Iſa. xliij. Interpretes tui. i. moyſes et aaron preuaricati ſunt in me ſic dicit: Interpretes quaſi inter partes. ſ. pacem ferentes. Item nota quod primum ſcripturas veteris teſtamenti de hebreo in grecum ſeptuaginta interpretes tranſtulerunt: ſecundam editionem Aquila. terciam et quartam Theodocion et Symmachus ediderunt ambo iudei proſeliti. Quintam vero et vulgaris illa interpretatio cuius autor non apparet: et ob hoc ſine nomine interpretis quinta editio nuncupatur. Preterea ſextam et ſeptimam editionem Origenes miro labore repperit: et cum ceteris editionibus ſupra dictis comparauit. Hi ſunt itaque qui ſcripturas ſacras de hebreo in grecum verterunt quique etiam numerantur: nam latinorum interpretum qui de greco in noſtrum eloquium tranſtulerunt: vt meminit ſanctus Auguſtinus quaſi infinitus eſt numerus. ſicut enim inquit: primis fidei temporibus ad cuius manus venit codex grecus: quique aliquantulum ſibi vtriuſque lingue peritiam ſenſit: auſus eſt ſtatim interpretari: atque inde accidit innumerabiles apud latinos extitiſſe interpretes. De hebreo autem in latinum eloquium tantummodo Hieronymus presbyter: trium linguarum peritus eaſdem ſcripturas conuertit: eloquenterque transffudit cuius interpretatio merito ceteris antefertur: nam et eſt verborum tenacior: et in ſententijs veracior: et in verbis clarior: atque vtpote chriſtiano interprete verior. Ita ſcribitur in Pap. Hieronymus etiam dicit in prologo de libris Salomonis: Sicui ſane ſeptuaginta interpretum magis editio placet: habet a nobis olim eam emendatam. neque enim noua ſic cudimus vt vetera deſtruamus. et quum diligentiſſime legerit: ſciat magis noſtra ſcripta intelligi: que non in tercium vas transfuſa coacuerit: ſed ſtatim de prelio puriſſime commendata teſte ſuum ſaporem ſeruauerit. Uide etiam in Hieronymus in h litera.
I nterſcalaris in ſcala vide.
I nterſcapulum. ſcapula componitur cum inter: et dicitur hoc interſcapulum li: ſpacium quod eſt inter ſcapulas: et cor. pu.
I nterſignum. ab inter et ſignum componitur hoc interſignum gni: vel interſignium gnij: quod eſt inter duo ſigna: vel ſignum quod eſt inter aliquos: ſicut aliquid ſolet mitti de loco ad alium cauſa ſigni et noticie.
I nterſtitium tij. i. interuallum: ſpacium inter aliquid: et componitur ab inter et ſto ſtas.
I nterſtiti eſt preteritum de interſto ſtas. vide in ſto ſtas.
I nteruallum. Uallum componitur cum inter: et dicitur hoc interuallum li: ſpacium inter capita vallorum. i. ſtipitum quibus val

lum fit. vñ ⁊ cetera ſpacia q̄nq; dicunt̄ interualla. Sed magis ꝓprie interuallū dicit̄ ſpacium tēpoꝝ. Intercapedo vō localis diſtātia ꝓp̄e appellat̄. vñ hoc interuallū li dimi. ⁊ īteruallo las. i. ꝑ interualla dicere: vel facere aliq̄d vel inteponē: ⁊ ſcribit̄ ꝑ geminū l.

Interuentus. i. interceſſio ab interuenio nis dr̄.

Interula. ab intus dr̄ hec interula le. i. camiſia: q2 intꝰ iuxta carnē induit̄. vñ interulatus ta tuz. i. īterula ſiue camiſia indutꝰ. Itē ab interula dr̄ interulus la lum. i. interioꝛ. ⁊ coꝛ. penl̄. vñ Martialis capella: Quietiā interulos gaudēs diſſoluere nexus.

Inteſtabilis exponit̄ in teſtabilis.

Inteſtatus ta tū: q̄ nō facit teſtm̄: ab in ⁊ teſtatꝰ cōpo.

R uncina ponit ꝑ q̄dā dea. Itē rūcina ne ē quoddā inſtrumētū lignarij gracile ⁊ recuruū quo cauant tabule domꝰ: vt vna alteri cōnectat: de quo Iſa. xliiij. Artifex lignariꝰ extēdit noꝛmā: foꝛmauit illud in rūcina. et vt q̇dā dicūt ꝓdu. penul. qꝛ ſm eos deriuat a rūco as qꝛ rūcina aufert ⁊ auellit interioꝛa ligni cauādo ipſū vel dr̄ rūcina a rūcone: qꝛ curua eſt ad modū rūconis vñ Alexāder neq̄ dicit: Runcinā rūco lectoꝛ generare memēto. Itē aliꝰ v̓ſificatoꝛ: Utilis ē runcina faboꝛ: ſ; rūcina nulli: qꝛ nihil ſig̃t ſ; iſtos dū penul. coꝛ. Itē aliꝰ dic̄: Rūco rūcinā parit vt medeoꝛ medicinā. Priſ. aūt dicit in. iiij. li. de ntīs in a deſinentibꝰ. Denoīatiua ſiue v̓balia in a deſinētia oīa longā habent penul. vel natura vel poſitiōe: vt officiū officina: medicꝰ medicīa vt dixi in ſecunda ꝑte vbi egi de accētu medie ſyllabe nominū q̄ terminā̄t in a. Alij dicūt ꝙ rūcina coꝛ. penl̓. ꝓ īſtrumēto fabꝛili: ⁊ ē ꝑmitiuū. vñ quidā v̓ſificatoꝛ: Nil rūcina faboꝛ ꝯfert: ſ; rūcina multū. Item vt dicit Augꝰ in. iiij. li. de ciui. dei: Rūcinā dixerūt antiq̄ deā illā q̄ p̄ſidet ſegetibꝰ qū rūcā̄t. i. a t̄ra auferūt. Nā rūco as dr̄ herbas a t̄ra euellē: ⁊ tūc ꝓdu. penl̓. ſine opīone Itē īuenit rūcina ꝑ quodā aīali: ⁊ iteꝝ ꝓdu. tūc penl̓.

R ūco. a rus dr̄ rūco cas. i. herbas a terra euellere. Nam terra rus dicit. vñ h̄ rūco onis q̇ herbas euellit: vl̓ inſtrumētū quo herbe euellūt ⁊ vepꝛes ſecant. Runco cas actiuū ē cū omnibꝰ ſuis cōpoſitis.

R uo ruis rui rutū vel ruitū. i. cadere. vñ ruturꝰ ra rū. vñ Hieroꝰ in epl̓a ad paulinū. c. vij. Ruituram domū ⁊c̄. Ruo ꝯponit: vt coꝛruo is. i. ſimul ruere. diruo is. i. deſtruere. eruo is euertē. irruo is. i. ī aliquā ꝑtem ruere: ⁊ ipſū īpetere. ꝓruo is. i. ꝓcul ruere. obꝛuo is. i. ſternere. ſurruo is. i. ſubſternere. Ruo ⁊ eiꝰ cōpoſita neu. ſūt: p̄t diruo: eruo: obꝛuo: ſurruo: q̄ ſūt actīa: ⁊ oīa faciūt p̄teritū in rui ⁊ ſupinū in ruitū: vñ ruiturꝰ. vel in rutum: ⁊ coꝛ. hāc ſyllabā ru: i p̄teriti muta ī tū: vt rui rutū: ſicut ⁊ acui acutū: ſic̄ vult Priſ. ⁊ Hu. Tñ nota ꝙ ſm modernoꝝ vſum ruo facit ruitū. vñ ruiturꝰ: ſ; ī ꝯpoſitiōe amittit i ī ſup̄. vt obꝛutū: erutū: dirutū: penl̓. coꝛ. Rutū etiā īuēit: īmo recte foꝛt a p̄terito i mutata ī tū vt dixi

R upecula le dimi. ꝑua rupes.

R upes. a rūpo pis dicit hec rupes pis: irupta ꝑs mōtis

q: ibi ſit ruptura. vel ꝑ cõtrariū dicit a rūpo: q: nō fa/
cile rūpit: ⁊ produ. ru.

Ruricula le cõis ge. penul. cor. i. colens rus: ⁊ cõponit a
rus ruris ⁊ colo vel colens.

Rurigina ne: penul. cor. in rure. i. in villa nat⁹: ⁊ eſt cõis
ge. ⁊ cõponit a rus ⁊ gigno.

Rus. a ruo ruis dicit h̄ rus rurl. i. villa terra ager: ſed ru
ra ꝓprie inculti agri: vt ſilue: ⁊ paſcua q̄ſi rudia. Ager
vō qui colit. vn̄ h̄ ruſculū li dimi. ꝑuū rus.

Ruſculū li dimi. ꝑuū rus ⁊ formatur addita culū: ⁊ cor. pe.
vide etiā in ruſc⁹.

Ruſc⁹. a rus dicit h̄ ruſc⁹ ſci: quoddā ſpinoſū gen⁹ fru/
ticis. vn̄ h̄ ruſculus li dimi. ⁊ hinc ruſcū vel ruſculum
dr̄ qd̄ colligit ⁊ ꝯgregat imūdū in terra: vel ad dānū
pullis vel igni. vel dicit a rus. vn̄ ruſcoſus ſa ſū: ſpino/
ſus: imundus: ruſco plen⁹.

Ruſporaris atus ſū. i. ingrere: ⁊ eſt gallinarū que pedi/
bus eſcā querūt in terra. ⁊ videt cõponi a rus ⁊ pes.

Ruſtican⁹ in ruſtic⁹ eſt.

Ruſticatio onis: in ruſtic⁹ eſt.

Ruſtic⁹. a rus dicit h̄ ruſtic⁹ hec ruſtica: ⁊ ruſtic⁹ ca cū
adiectiue: ⁊ pōt dici a loco. ſ. operarius ruris: q: in rure
morat ⁊ colit rus. Itē autē dr̄ ruſtic⁹ q̄ſi rurl cuſtos
vel rus colēs: etymo. ē. vel ruſtic⁹ dr̄ iordinat⁹ ⁊ defor
mis in morib⁹. ⁊ ſm h̄ cõpat: vt ruſticior ſim⁹. vn̄ ruſti
ce ci⁹ ſime adüer. ⁊ h̄ ruſticitas tis: ⁊ h̄ ruſticatio onis
ꝫ ruſticitas ē moꝝ: ruſticatio vō opis. vn̄ ruſticatō dr̄
op⁹ vel opa ruſtici: vt cultura terre q̄ſi ruſtici actio: ⁊ ē
etymo. vn̄ Eccl. vij. Nō oderis laborioſa opa ⁊ ruſtica
tionē ab altiſſimo creatā. i. boi impoſitā in penā pmi
peccati. Itē a ruſtic⁹ dicit ruſtican⁹ na nū penul. cor.
. i. ruſtic⁹ vel ruſtican⁹ paterfamilias. In Greciſmo po
nunt iſti vſus: Ruſtic⁹ a rure: qm̄ rus eſt ſibi cure. Uil
lic⁹ a villa: q: res diſponit in illa.

Ruta: dicta q: ſit feruentiſſima. hāc venenis repugnare
muſtele docēt: q̄ dū cū ſerpēte dimicauerit cibo ei⁹ ar
mant: vt dicit Iſido. in. xij. etymo. in fine: ⁊ ē calida et
ſicca in. iij. gradu. vn̄ dicit Macer: A medicis rute vis
calida dr̄ eſſe. Siccaq; fert in bis grad⁹ ille terti⁹ eſſe.

Rutelli⁹. i. fornicator.

Ruten⁹ ni quidā popul⁹ ⁊ vt dicūt flandrenſis: a rubeo
colore: ⁊ ꝓdu. re.

Ruth interptat feſtinās: alienigena enim erat. ſ. ex pplo
gētili: q: relicta patria feſtinauit trāſire in terrā iſrael
dicēs ſocrui ſue: quocūq; preꝛeris pgā. vide in ꝓpba.

Rutil⁹. a rube⁹ bea beū deriuat rutilus la lū: ſplendid⁹:
vel criſp⁹ vel tremul⁹. vn̄ rutilo las. i. ſplēdere. ⁊ rutili
dicti ſūt qdā ppli apulie: a rutilo colore. vn̄ hec rutilia
lie terra eoꝝ: vel rutilia a rutilo rege. vn̄ rutilus la lū
gentile: ⁊ cor. ti.

Rutrū foſſoriū vel curuū illud vn̄ harene mouentur vbi
ſal efficit.

Rutū rutu ſupinū de ruo is: cor. pmā. vn̄ dirutū: obrutū:
irrutū: corripiūt ru.

Saba ſabani in

terptat venerari. vn̄ ſaba dicta eſt
qdā regio ꝓpt copiam thuris quo
deū ibi venerant. vn̄ ſabe⁹ bea beū
vel ſaba fuit fili⁹ chus: a quo ſabei
deſcenderūt: vnde ſaba dicta eſt ⁊
ſabei. hi ſunt ⁊ arabes. Sabei aūt
interpretat captiui: vel q̄ſi demones.

Sabanū ni penl. cor. grecū ē idē qd̄ mappa vl' faciſgiū.

Sabbatiſm⁹ mi: in ſabbatū eſt.

Sabbatū. a ſabbe qd̄ eſt ſeptem ſm hebreos: vel a ſabba
qd̄ lingua ſyroꝝ dr̄ ſeptē: dr̄ hoc ſabbatum ti ſeptima
dies ſeptimane: ⁊ ipſa ſeptiana dr̄ qn̄q; ſabbatū. vn̄ in
Luca. xviij. c. Ieiuno bis i ſabbato. i. in ſeptiana. ſ. quar
ta ⁊ ſexta feria. vel ſabbatū interptat reqes. vn̄ ſabba/
tizo ꝫas reqeſcere: vel ſabbatū obſeruare. vn̄ hic ſabba
tiſm⁹ mi. i. reqes. Et ſm h̄ ſabbatū dicit ꝓprie ſeptim⁹
dies ſeptimane: q: tunc actor oīuꝫ reqeuit ab oī opere
qd̄ patrarat: Gen̄. ij. Et ꝑ ſynodichē ſabbatū dr̄ ipſa ſe
ptimana vt dixi. Sabbatū etiā inuenit ꝓ quolibet die
ſeptimane cū tali adiūcto: pma ſabbati: ſecūda ſabba/
ti ⁊c̄. ſed ſeptim⁹ dies ſimplicit dr̄ ſabbatū: vel ſabba/
tū ſabbatoꝝ ꝑ excellētiā. vn̄ in euāgelio legit: Ueſpe
aūt ſabbati q̄ luceſſit in pma ſabbati. ⁊ eſt ſenſus: pma
ſabbati. i. pma dies ſeptimane: vel pma dies q̄ eſt ſab/
batū: vel pma dies a ſabbato: vel poſt ſabbatū. Secun
dū ḡ hebreos noīandi ſūt dies ſic: pma dies ſabbati ⁊c̄
ſed ſeptima dies ſimplicit dicit ſabbatū: vel ſabbatuꝫ
ſabbatoꝝ ꝑ excellētiā. Scḋm vō ꝯſuetudinē xp̄ianoꝝ
ſic noīandi ſūt dies: dies dn̄icus vel dn̄ica: vel pma fe
ria: ſecunda feria: tertia feria: qrta feria: qnta feria: ſe/
xta feria. Septima feria dies dn̄ic⁹ dict⁹ eſt: q: tali die
dn̄s nr̄ reſurrexit. Quare autē quelibet dies dr̄ feria ⁊
qd̄ ſit feria pma vel ſecūda: ⁊ ſic de ceteris dixi i feria.
Scḋm vō gētiles noīandi ſūt dies a noībus planeta/
rū: ⁊ q̄libet dies ab illo planeta ē noīand⁹ q̄ preeſt pri
me hore illi⁹ diei: vt dies ſolis: vel dies dn̄ic⁹: dies lu/
ne: dies martis: dies mercurij: dies iouis: dies veneris:
dies ſaturni. Sūt vō. xxiiij. hore in die naturali. ⁊ pla/
nete ſūt ſeptē: ⁊ pſunt illis. xxiiij. horis: ⁊ quilibet tres
de illis hꝫ in ſua poteſtate h̄ ordine. Prim⁹ hꝫ pmam
horā: ſecund⁹ ſecundā: ⁊ ſic vſq; ad ſeptimā incluſiue
poſtea itēꝝ prim⁹ hꝫ octauā: ſecūd⁹ nonā: ⁊ ſic vſq; ad
xiiij. horā. poſtea itēꝝ pm⁹ habet. xv. ſecund⁹. xvi. ⁊ ſic
vſq; ad. xx. Tres g̃ hore q̄ ſupſunt ita diſtribuent: Ille
planeta q̄ pmā habuit horā in die illa: habebit primā
horā de illis trib⁹: ſecūdus ſecūdā: terti⁹ tertiā: ⁊ ſic fi/
nit⁹ eſt dies. Quart⁹ g̃ planeta q̄ ſequit habebit pmā
horā ſequentis diei: ⁊ ita ille denoīabit ab eo. Exēpli
grā: ponat ꝙ iſte dies hodiern⁹ ſit dies ſabbati ⁊ ha/
beat ordo planetarū diligent q̄ talis eſt: habito pnci/
pio a ſupiori: ſaturn⁹: iupiter: mars: ſol: ven⁹: mercuri⁹
luna: poſtea itēꝝ ſaturn⁹ ⁊c̄. Saturn⁹ hodie hꝫ pmam
horā: iupit ſecūdā: mars tertiā: ſol quartā: ven⁹ qntā:
mercuri⁹ ſextē: luna ſeptimā. itē ſaturnus. viij. iupit. ix.
mars. x. ſol. xi. ven⁹. xij. mercuri⁹. xiij. luna. xiiij. Item ſa
turn⁹. xv. iupit. xvi. mars. xvij. ſol. xviij. ven⁹. xix. mercu/
rius. xx. luna. xxi. item ſaturn⁹. xxij. iupiter. xxiij. mars
. xxiiij. ſ. vltimā. Sol g̃ q̄ ſequit habebit pmā horam ſe
quenti die. vn̄ ⁊ ille dies dr̄ dies ſolis vel dies dn̄i vel
dn̄ic⁹ vel dn̄ica: q: ſol omniū planetarū mediator ē: ⁊
oīb⁹ dn̄at. ſic g̃ computando ſingulos dies a ſingulis
planetis q̄ pmas in eis habent horas denoīatas inue
nies. Et ſcribit ꝑ geminum b ſabbatū: ſabburra: abba
gibb⁹: ſm Priſ. in ſecūdo maiorl. Et ſcies ꝙ ſabba/
tū interptat qes: ⁊ pōt dici feſtū dn̄i: q: qū alia feſta
inſtituta ⁊ noīata ſint ab aliquo euētu vel opere eoꝝ:
h̄ dicit ſabbatū: q: dn̄s qeuit in eo. ⁊ inde forte ē ꝙ in
duob⁹ ē priuilegiatū: q: in eo nec licebat cibū parare:
nec vltra mille paſſus ire. vn̄ dr̄ Matth. xxiiij. Orate
autē vt nō fiat fuga vr̄a hyeme vel ſabbato q̄ſi aptius
dicat: Orate ne neceſſitas tali tpe vos fugere cõpellat
hyeme ꝓpter intemperiē temporis: vel ſabbatto ꝓpter

trãſgreſſionẽ legis:qꝛ videlꝫ in ſabbato non licebat vl
tra vnũ miliare ire:⁊ h̓ innuit̓ in p̄mo ca.actuũ:vbi di/
cit̓:Tunc reuerſi ſunt hyeroſolimã a monte q̇ vocatur
olIueti:q̇ eſt iuxta hieruſalẽ ſabbati iter habẽs.

Sabburra re arena littoꝛis:vel lapis:vel multitudo lapi/
dũ vl' iutilis ſarcina nauis:q̄ ſolet eẽ de lapidibꝰ ⁊ ha/
rena:⁊ geminat̓ ibi b:⁊ r.vñ p̄ma ꝓducit̓ poſitiõe:ſed
qñqꝫ in metro ſubtrahit̓ vnũ b:⁊ coꝛꝛipit pꝛimã cauſa
metri.vñ Uirgiliꝰ in geoꝛ.Ut tũbe inſtabiles fluctu ia
ctante ſaburrã Tollũt ⁊c̃.

Sabelliani q̇dã heretici vocati ſũt a ſabellio.hi vnã perſo
nam p̄ris ⁊ filij ⁊ ſpũſſancti aſſerũt ⁊ aſtruũt.

Saber bꝛa bꝛũ:in ſabulũ vide.

Sabulũ harena vel terra leuis ⁊ harenoſa . vñ ſaber bꝛa
bꝛũ:aſper vel nodoſus:⁊ coꝛ.bu ſabulũ.

Sabeꝰ bea beũ:in ſaba exponit̓:⁊ accentuat̓ be.

Saccellus li dimi.paruꝰ ſaccꝰ.

Sacco cas:in ſaccꝰ eſt.

Sacculus li dimi.paruꝰ ſaccus.

Saccꝰ.a ſagum dicit̓ h̓ ſaccus ci:qꝛ eo conſuto efficiatur
q̄ſi ſagũ.vñ ſaccatũ ti.i.liquoꝛ aque feci vini admixtus
⁊ ſaccꝰ expꝛeſſus.vñ ⁊ ſic dicitur : Et ſacco ſaccas .i.in
ſaccũ mittere:⁊ per ſaccũ colare ⁊ exp̊mere. ⁊ cõponit̓
vt inſacco cas:in ſaccũ mittere:vel conſũmare.exſacco
cas:deſacco cas:extra ſaccũ ponere.Et eſt actiuũ cum
ſuis cõpoſitis.

Sacellũ paruũ templũ.vide in ſacrum.

Sacer.a ſancio vel a ſanctũ dicit̓ ſacer cra crũ: quaſi ſan/
ctũ vel ſancitũ:⁊ compat̓.vñ ſacre criꝰ ſime aduerbiũ.
Et nota ꝙ ſacer ponit̓ ſepe ꝓ execrabili de veteri con
ſuetudine numãtinoꝝ. Numãtini enĩ quendã paupe
rẽ ꝑ totũ annũ delicatis cibis paſcebãt : ⁊ optimis ve/
ſtibus induebant.In fine autẽ anni eum lapidibꝰ ob/
ruebant ⁊ de alto monte eũ p̄cipitabãt: ⁊ ſic quẽ p̄mo
habebãt ꝓ ſacro ⁊ ſcõ:poſtea habebant ꝓ execrabili.

Sacerdos dotis ge.cõis:dr̄ ſacra dãs.⁊ inde hec ſacerdo
tiſſa:⁊ h̊ ſacerdotiũ dotij: ⁊ hic ⁊ hec ſacerdotalis ⁊ h̓
le.Et ꝯponit̓ ſacerdos a ſacer ⁊ do das.inde ſacerdos
q̄ſi ſacra dans:qꝛ largꝰ debet eſſe: ⁊ eſt etymo.vide in
oꝛdo:⁊ in miſſa:⁊ in pꝛeſbyter.   Hic nota ꝙ Gꝛego.
in paſtoꝛali dicit:ſcriptum ẽ:Pꝛopheta laqueꝰ ruine.
Et rurſum dñs ꝑ ꝓphetã dicit:Cauſa ruine ppl'i ſacer
dotes mali. Nemo quippe ampliꝰ in eccleſia nocet:q̄ꝫ
qui ꝑuerſe agẽs nomen vel oꝛdinẽ ſanctitatis habet .
Delinquẽtẽ nãqꝫ hũc redarguere nullꝰ pꝛeſumit: ⁊ in
exẽplũ culpa vehement̓ extẽdit̓ : qñ ꝓ reuerẽtia oꝛdi/
nis peccatoꝛ honoꝛat̓. Jtẽ in eodẽ: Lãguẽte enĩ capi/
te mẽbꝛa in caſſũ vigẽt: ⁊ in exploꝛatione hoſtiũ fru/
ſtra exercitꝰ velocit̓ ſeq̄t̓:ſi ab ipſo duce itineris errat̓.
Et poſt pauca: Qua aũt mẽte aĩaꝝ p̄ſul honoꝛe paſto
rali int̓ ceteros vtit̓:ſi in terrena negocia q̄ rep̄hẽdere
in aliis debuit ⁊ ipſe v̄ſat̓:cui videlicꝫ ex ira iuſte retri
butiõis ꝑ ꝓphetã dñs minat̓ dicẽs: Et erit ſicut ppl's
ſic ſacerdos. Sacerdos q̇ppe ẽ vt ppl's: qñ ea agit is q̇
ſpũali officio fũgit̓ q̄ illi nimirũ faciũt:q̇ adhuc de ſtu
diis carnalibꝰ meditãt̓.vide in oꝛdo. Jtẽ Gꝛegoꝰ ꝯ ſa
cerdotes ⁊ p̄latos legẽ ig̊rantes dicit: Neceſſe eſt vt q̇
ad officium p̄dicatiõis excubãt a ſacre lectiõis ſtudio
nõ recedãt:qꝛ qũ ꝓpt̓ ſpiritale aliq̇d a ſubditis paſtoꝛ
inq̄rit̓ ignominioſũ valde ẽ: ſi tunc q̄rat diſcere quum
queſtionẽ debeat enodare. De h̓ tetigi in ignoꝛo: ⁊ in
clericꝰ.⁊ dicã in ſcientia. Jtẽ vide in lux.

Sacerdotulus. a ſacerdos dicit̓ h̓ ſacerdotulꝰ li dimi .i.
filius ſacerdotis.vñ hec ſacerdotula le:filit̓ dimi. nata
vel filia ſacerdotis:⁊ coꝛ.tu.

Sacernꝰ.a ſacer cra crũ dr̄ hic ſacernus ni.i. ſacer animꝰ
vel excellẽtioꝛ ꝑs aĩe.⁊ videt̓ cõponi a ſacer ⁊ animꝰ.

Sacramẽtũ.a ſacer dicit̓ h̊ ſacramẽtũ ti.i.pignus ſpõſio/
nis ſicut ẽ iuſiurãdũ. ⁊ dicit̓ ſic : qꝛ cuſtodiri debet q̄ſi
ſacroſciñ:qꝛ violare qõ q̇s ꝓmittit ꝑfidie ẽ. Jtẽ ſacra/
mẽtũ ẽ cũ celebꝛatiõe qũ res geſta ſit:ita vt ſignificare
credat̓:vt baptiſmꝰ:criſma:coꝛpꝰ:ſanguis: q̄ ſacramẽ/
ta dicũt̓: iõ qꝛ ſub tegumẽto coꝛpoꝛaliũ rerũ virtꝰ dei
ſecretiꝰ ⁊ latent̓ eoꝝ ſacramentoꝝ opatur effectũ. Uñ
a ſacris vel ſecretis virtutibꝰ ſacramẽta dicunt̓:que ⁊
grece myſteria dicunt̓: qꝛ ſecretã ⁊ recõditã habẽt diſ
pẽſationẽ. vñ ſecretariꝰ ria riũ : ⁊ hic ⁊ hec ſacramen/
talis ⁊ hoc le.ꝙ autẽ dicit̓ ſacramentũ quaſi ſacre rei
ſignũ:etymo.eſt.   Et ſcias ꝙ ſacramenta noue legis
ſiue eccl'iaſtica ſũt ſeptẽ:⁊ continent̓ in h̓ v̄ſu: Abluo
firmo cibo dolet vngit̓ oꝛdino iũgo.Et põt accipi nu/
merꝰ iſtoꝝ ſacramẽtoꝝ ſm cõditionẽ eoꝝ q̇bꝰ ꝑ ſacra
ſubuenit̓. Sunt enĩ ſacramẽta in remediũ data: aut q̊
in remediũ vniꝰ ꝑſone:aut in remediũ totiꝰ eccl'ie. Si
p̄mo mõ:aut q̄ꝫtũ ad ĩgreſſũ:⁊ ſic ẽ baptiſmꝰ:aut q̄ꝫtũ
ad egreſſũ:⁊ ſic ẽ extrema vnctio:aut q̄ꝫtũ ad ꝓgreſſũ
⁊ h̓ duplicit̓:Uno mõ q̄ꝫtũ ad executionẽ v̄tutis : vel
vt a malis nõ ſuꝑemur:⁊ q̄ꝫtũ ad h̓ eſt cõfirmatio:vel
vt bonis adhereamꝰ:⁊ q̄ꝫtum ad h̊ ẽ euchariſtia. Alio
modo ad reꝑationẽ v̄tutis: ſi ipſã in pugna ſpũali ali/
quo mõ ledi ꝯtigerit:⁊ ſic ẽ pnĩa:ſi aũt ĩ remediũ totiꝰ
eccleſie:aut ad regimẽ ⁊ multiplicationẽ ipſiꝰ ſpũalem
⁊ ſic eſt oꝛdo: qꝛ p̄ncipatus bonũ multitudinis ẽ : aut
q̄ꝫtũ ad multiplicationẽ materialẽ fideliũ:⁊ ſic eſt ma/
trimoniũ.   Triplici autẽ de cã ſacramenta inſtituta
ſũt:ꝓpter humiliationẽ: eruditionẽ: ⁊ exercitationẽ.
Pꝛopter humiliationẽ quidẽ:vt dũ hõ inſenſibilibus
rebꝰ q̄ natura infra ipſũ ſũt ex p̄cepto creatoꝛis ſe reue
rendo ſubiicit:vt ex hac humilitate ⁊ obedientia deo
magis placeat:⁊ apud eũ mereat̓:cuiꝰ imperio ſalutẽ
q̄rit in inferioꝛibꝰ ſe:⁊ſi non ab illis ſed per illa a deo.
Pꝛopter eruditionẽ etiã inſtituta ſũt:vt ꝑ id qõ foꝛis
in ſpecie viſibili cernit̓ ad inuiſibilẽ virtutẽ q̄ intꝰ eſt
agnoſcẽda:hoĩs mẽs erudiat̓. Hõ enĩ qui añ peccatũ
ſine medio deũ videbat.i.diuinoꝝ cognitionem nõ ex
ſenſibilibꝰ ſignis accipiebat:ſed ꝑ infuſionẽ: poſt pec/
catũ a deo habuit vt neq̄at diuina caꝑe niſi humanis
excitatꝰ. Pꝛopter exercitationẽ ſil'r inſtituta ſũt:qꝛ qũ
hõ ocioſus eſſe non poſſit :ꝓponit̓ ei vtilis ⁊ ſalubꝛis
exercitatio in ſacramẽtis: q̄ vanã ⁊ noxiã declinet oc/
cupationẽ. Nõ enĩ facile capit̓ a tẽtatoꝛe q̇ bono va/
cat exercitio .vñ Hieroꝰ monet:Semꝑ aliq̇d oꝑis faci
to:vt te occupatũ diabolꝰ inueniat. Sũt aũt exercitio/
nũ tres ſpẽs.vna ad edificationẽ aĩe ꝑtinet : altera ad
coꝛpoꝛis fomẽtũ:altera ad vtriuſqꝫ ſubuerſionẽ.   Et
nota ꝙ ſacramẽta nõ erãt nec̃ia neceſſitate abſoluta:
ſicut neceſſariũ ẽ deũ eẽ: ex ſola enĩ diuina benignita
te inſtituta ſũt:ſꝫ nec̃citate q̄ eſt ex ſuppoſitiõe finis: nõ
ita ꝙ ſine his deꝰ hoĩes ſanare nõ poſſet:qꝛ ſacramen
tis v̄tutẽ ſuã non alligauit:ſic̓ cibꝰ neceſſariꝰ ẽ ad vitã
humanã:ſꝫ qꝛ ꝑ ſacramẽta magis ꝯgrue ſit hoĩs reꝑa
tio:ſicut equꝰ dicit̓ neceſſarius ad iter: qꝛ in equo hõ
faciliꝰ vadit. Huius cõgruitatis cauſa põt accipi ex h̓
ꝙ homo ꝑ peccatũ pꝛecipue circa ſenſibilia coꝛꝛuptꝰ
erat eiꝰ detentus ne in deũ ſurgere poſſet.Erat autem
p̄dicta coꝛꝛuptio q̄ꝫtũ ad cognitionẽ:qꝛ humana mẽs
circa ſenſibilia tm̃ occupari nouerat:⁊ intm̃ vt quidaꝫ
nihil extra ſenſibilia crederent: ⁊ ſiqui ad cognitioneꝫ

intelligibilium ꝑuenirent:ea ſm modum ſenſibiliuȝ re
rum indicabant.Similiter quantum ad affectionem
qꝛ eis quaſi ſūmis bonis homo inherebat deo poſtpo
ſito.Similiter etiā quantū ad actionē:qꝛ eis homo in
oꝛdinate vtebaṫ.Neceſſariū ergo fuit ad curationem
peccatoꝝ:vt hō ex ſenſibilibus in ſpūalia cognoſcēda
ꝓficeret ⁊ ei vt affectū quē circa ea habebat in deum
referret:⁊ eis oꝛdinate ſm diuinā inſtitutionē vtereṫ.
Et iō fuit neceſſaria ſacramentoꝛū inſtitutio:ꝑ quem
hō de ſenſibilibꝰ in ſpūalibus erudiṫ.⁊ hec eſt ſecūda
cā que dicta eſt.Per que etiam affectū ꝗ ſenſibilibus
ſubijciṫ in dei reuerentiam referret:⁊ hec eſt cā pꝛima.
Per que etiā circa ea in honoꝛē dei exercitareṫ.⁊ hec
eſt tertia cā.Itē te nolo ignoꝛare ꝙ ṽtutes ⁊ gratia.ſ.
ſanant foꝛmaliṫ ſicut ſanitas:ſȝ ſacr̄a quodāmodo effe
ctiue ſicut medicine quedaȝ.vñ ſicut nō ſequiṫ ſanitas
ſanat:ergo medicine nō ſunt neceſſarie:ita nec gratia
ſanat:ḡ ſacramenta non ſunt neceſſaria ſȝ magis poſſȝ
ꝯtrariū cōcludi. Item nota ꝙ quinqȝ modis vnū ſa
cramentum ē dignius alio.Uno mō quo ad rē ſacra
menti ſiue effectum eius.⁊ ſic baptiſmus qui delet oēȝ
culpam:⁊ aufert oēm penam ē maximū ſacramentoꝝ
Alio mō quantū ad illud qꝺ cōtineṫ:⁊ ſic eucbariſtia
ē nobiliſſimū in quo cōtineṫ ipſe xp̄s.Tertio qȝtum ad
gradū dignitatis in quo conſtituit:⁊ ſic oꝛdo ē digniſ
ſimū ſacr̄m.Quarto qȝtum ad miniſteriū:⁊ ſic ꝯfirma
tio ⁊ etiā oꝛdo ſunt digniſſima:qꝛ nō niſi ꝑ epm̄ mini
ſtranṫ.Quinto qȝtum ad ſignatū ⁊ non cōtentū:⁊ ſic
matrimoniū eſt digniſſimū ſacr̄m:qꝛ ſignat ꝯiunctio
nē duaꝝ naturaruȝ in ꝑſona xp̄i.Si tn̄ has dignitates
ad inuicem cōꝑemus inueniṫ illa dignitas potiſſima:
quā ſacr̄m habet ex cōtento:qꝛ eſt eſſentialioꝛ.⁊ iō ſa
cramentū eucbariſtie eſt ſimpliṫ digniſſimum:⁊ ad ipȝ
quodāmodo alia ſacr̄a oꝛdinantur.Dignitas etiā que
eſt in efficiendo p̄ualet ei que eſt in ſignando:⁊ illa q̄
eſt in efficiendo reſpectu boni ſimpliṫ loquēdo p̄ualet
ei que in amotione mali.Et iō ſimpliciter loquēdo pꝰ
eucbariſtiā nobiliꝰ ſacramentū eſt oꝛdo ꝑ qꝺ homo ī
gradu ⁊ in gradu dignitatis poniṫ. Et poſt hec ꝯfir
matio ꝑ quā perfectio gratie cōferṫ:⁊ poſt baptiſmus
ꝑ quē ſit plena remiſſio culpe ⁊ pene.pꝰ hec matrimo
niū quod habet maximā ſignificationē.Penitētia au
tē ⁊ extrema vnctio ponunṫ inter baptiſmū ⁊ mr̄imo
niū:qꝛ oꝛdinātur directe ad remotioneȝ mali:qȝuis in
hoc penitentia minoꝛē hēat efficaciā qȝ baptiſmus:qꝛ
oꝛdinaṫ circa culpā actualem tm̄:⁊ non delet totaliṫ
penā.Et ad hoc minoꝛ eſt extrema vnctio que circa re
liquias peccati oꝛdinaṫ.In quibꝰ aūt ſacr̄is character
imp̄maṫ dixi in character:⁊ in oꝛdo. Qūo auteȝ ſa
cramēta ſint neceſſaria:dixi etiā in neceſſitas. De ex
trema vnctione ⁊ cōfirmatione require in vnguo.Itē
vide in baptiſmuſ.Quare aūt ſacramenta non poſſint
emi vel vendi:dicam in ſymonia.

Sacrarium.a ſacer dicitur h̄ ſacrariū rij.ꝓpꝛie locus tē
pli in quo ſacra reponuntur:ſicut donariū in quo col
locantur oblata:⁊ ſicut lectiſternia dicunṫ vbi hoīes
ſedere vel iacere conſueuerunt.

Sacrifico.ſacer componitur cum facio:⁊ diciṫ ſacrifico
cas penṫ.coꝛ.i.ſacrificiū facio vel offero.vñ ſacrificꝰ ca
cum:ſacrificium faciens vel offerens.⁊ hinc hoc ſacri
ficiū quaſi ſacrum factum:⁊ hec ſacrificia cie locus in
quo ſacrificatur:⁊ diciṫ ſacrificiū ſȝ Iſido.quaſi ſacrū
factū:qꝛ pꝛece myſtica cōſecraṫ ꝓ nobis in memoꝛiam
dominice paſſionis.ſed hoc ꝑtinȝ ad coꝛpus xp̄i. Sed
generalius accipit Iſido.ſacrificiū cum dicit:Sacrifi
cium ē victima ⁊ quecūqȝ in ara cremanṫ ſeu ponunṫ
Item ꝓpheta di.Sacrificiū deo ſpūs cōtribulatus.

Sacrificulus la luȝ.i.ſacrificiū faciens a ſacrifico cas.vñ
Macrobius de ſaturnalibuſ:Pontifex lune obſerua
bat aſpectū in ſaniqȝ regi ſacrificulo nunciabat.

Sacrilegium in ſacrilogus vide.

Sacrilegus.a ſacer ⁊ lego gis componitur ſacrilegus ga
gum penṫ.coꝛ.qui legit.i.furaṫ ſacrū de ſacro:vel non
ſacrum de ſacro.vñ hoc ſacrilegiū gij ſacre rei furtum
ſicut ſacrilegus ſacre rei fur.Inueniṫ etiam ſacrilegus
ꝓ ſcelerato vel flagitioſo.Et ſacrilegiuȝ etiā inueniṫ ꝓ
ſcelere vel enoꝛmi facto vel ꝓ ſacrificio demonibꝰ fa
cto.vñ dicit Papi.Sacrilegus qui ſacra legit.i.furaṫ:
vel qui cultū dei veri furaṫ idolis tribuendo:et dr̄ ſm
quoſdam ſacrilegium quaſi ſacrilegiū:qꝛ ſacruȝ ledit:
potius eſt etymologia.Et pōt ſic deſcribi:Sacrilegiuȝ
ē ſacre rei violatio vel eiuſdē vſurpatio. Cōmittiṫ aūt
ſacrilegiū qñqȝ rōne ꝑſone:qñqȝ rōne loci:qñqȝ rōne
rei.Rōne ꝑſone vt qum quis verberat clericuȝ vel ꝑſo
nā religioſaȝ.Rōne loci qū eccl̄ie vel cimiterij emuni
tas violaṫ.Rōne rei quȝ res ſacrata vel ſacro vſui de
putata vſurpaṫ.Circa aūt hoc vltimū membꝛuȝ ſic di
ſtinguiṫ:Sacrilegiū cōmittiṫ auferendo ſacrum de ſa
cro:vel non ſacrū de ſacro:vel ſacrum de non ſacro.

Sacriſta.a ſacer dr̄ hic ſacriſta ſte:vel ſacriſtarius:ſacro
rum cuſtos.

Sacro.a ſacer dr̄ ſacro cras et cōponiṫ:vt cōſecro cras:
Execro cras:qꝺ frequentius inueniṫ execroꝛ craris ī
depo.genere.i.maledicere:excōicare:extra ſacꝝ facere
Obſecro cras.i.rogare:⁊ ꝓꝑe ꝓ ſacra re.Reſecro cras
.i.ſacrare:vel execrare:vel exoluere:vel liberare:dimit
tere.Sacro ⁊ eiꝰ ꝯpoſita coꝛripiunt hāc ſyllabam ſa.⁊
ſunt actiua pꝛeter execroꝛ:qꝺ eſt deponēs:⁊ mutat ſa
cro a in e coꝛ.in compoſitione.

Sacrū.a ſancio cis vel a ſanctū deriuaṫ hoc ſacrū cri.i.tē
plū vel locꝰ diuinis cultibꝰ inſtitutus.vñ hoc ſacelluȝ
li dimi.ꝑuum templum.Uirgi.Nymphe riſere ſacello

Sadai:nomen dei.i.oīpotens quaſi potens oīa.ſ.a facien
do qꝺ vult:qꝛ ſi ei accideret non eēt oīpotens.facit.n.
quicq̄d vult.et inde oīpotens eſt qꝛ eius ſunt oīa que
vbicunqȝ ſunt.ſolus.n.totius mundi habet imperium
vide in omnipotens.

Sadoch interpꝛetatur iuſtus ſiue iuſtificans.

Saducei quidā heretici interp̄tanṫ iuſti.vendicabant.n.
ſibi qꝺ non ſunt:coꝛpoꝝ reſurrectionē negant.⁊ aīam
cum coꝛpoꝛe interire dicūt.quinqȝ tm̄ libꝛos moyſi re
cipiunt.ꝓphetaꝝ vaticinia reſpuūt.vñ in actibus.xxiij
Saducei dicunt nō eſſe reſurrectionē moꝛtuoꝛū:neqȝ
angelum:neqȝ ſpm̄.pbariſei aūt vtrūqȝ cōfitenṫ:⁊ acu
it penṫ.Beda ēt dicit:Saducei dicūṫ qꝛ ſaduceū quē
dā magiſtrū legis ſequentes:neqȝ reſurrectioneȝ credē
tes:neqȝ angeloſ:neqȝ ſpūs eſſe.hi tm̄ qnqȝ libꝛos moy
ſi recipientes oꝛacula ꝓhetaꝝ reſpuebāt.Phariſei ecō
tra qui diuiſi interpꝛetanṫ:eo ꝙ a ceteris in quibuſdā
obſeruationibꝰ ſe ſepararent ⁊ reſurrectōem credebāt
coꝛpoꝛū:⁊ angelos ⁊ ſpūs eſſe fatebanṫ:⁊ non ſolum
quinqȝ libꝛos moyſi ſed etiā oꝛacula ꝓphetarum reci
cipiebant.vide in phariſeus.

Safon onis eſt funis in pꝛoꝛa nauis poſitus.vñ Cecilius
Uenereo curſu veni ꝓbato pede vſqȝ ad ſafonem.

Safoꝛium:atrium templi.

Saga ge dr̄ a ſagio gis:⁊ dr̄ ſaga igenioſa vel incantatrix
diuinatrix.Hoꝛatius i epi.Somnia terroꝛes magicos

miracula ſagas. Item ſaga dicitur gēma puriſſimi coloris. Inuenitur hoc ſagū: et plr hec ſaga ſagorū .p. veſte ꝛ tunc corripit pmam. vñ quidam: Femina ſaga malis me fallit: ſunt ſaga veſtis.

Sagaculus in ſagax eſt.

Sagana. a ſagax dicitur hec ſagana ne. i. ingenioſa incantatrix: diuinatrix. Sagana ēt fuit ppriū nomen cuiuſdā incantatricis. Sagana genus gūmi vel veſtis dr: ꝛ corripit ga. vñ greciſmus. Sagana gūmi: ſagana veſtis: ſagana vates.

Sagax. a ſagio gis dicitur ſagax cis ge. ois. i. ingenioſus vl' inueſtigator vel diuinus: vel velox: aſtutus: puidus: preſcius futurorū. Et comparatur ſagacior ciſſimus. vñ ſagaciter cius ſime aduer. ꝛ hec ſagacitas tis: ꝛ ſagaculus la lum aliquantulum ſagax: ꝛ corripit primam ſagax: licȝ ſagio gis eam pducat.

Sagena. a ſagum dr hec ſagena ne. i. rete ppter raritatē ſic dicta. vel hic ſagenarius ria riū ad ſagenā pertinēs. ꝛ pducit penul. ſagena. vnde i auroꝛa dr: Agri theſaurus: inuentaqȝ gemma ſagena.

Sagimen in ſagina eſt: ꝛ pdu. gi.

Sagina. a ſano as dicitur hec ſagina ne. i. pinguedo: quod ꝛ hoc ſagimen dicitur. vñ ſaginatus ta tum pinguis: vel ad ſaginā ptinens: incraſſatus: obeſus. Et ſagino nas naui. i. impiguare: craſſum facere: nutrire. vñ hoc ſagimen nis pinguedo. ꝛ hinc hoc ſagimentū ti: ꝛ hoc ſaginamentū. i. pinguedo. ꝛ pducunt pdicta gi. vñ Thobias: Uentre ſaginato veneris ſuſpirat ad vſum. et Iuuenalis: Iſta dies pſpera ſtomachū laxare ſaginis.

Saginula le dimi. parua ſagina.

Sagio gis giui gitū. i. ingenioſe agere vl' diuinare. ꝛ componitur: vt perſagio gis. i. diuinare vl' pdiuinare: de quo in ſuo loco habes. Sagio ꝛ eius cōpoſita ſunt neutra ꝛ pducunt a.

Sagitta. a ſagio gis dicitur hec ſagitta te: eo qȝ ſagaci. i. ingenioſo vel veloci iactu mittitur. pennis fertur quaſi auis vt mors celeriter pcurrat ad hoīeȝ. Et hic ruſtici ſagittā vocant nouiſſimā pte ſurculi in ſarmento: vel qȝ longius a matre ex qua pſilijt receſſit: vel qȝ acuminis tenuitate teli ſpēm pferat: ſummitates vitiū ꝛ fruticū flagella dicuntur: qȝ flatu agitētur. Itē a ſagitta hec ſagittula ꝛ h ſagittella le di. ꝛ ſagittarius rij: ꝛ hec ſagittaria rie: ꝛ ſagittarius ria riū: ꝛ ſagitto as. i. ſagittas mittere: vl' ſagittis pcutere: vel appetere: ꝛ p compoſitionē ſagittifer ra rū: qui fert ſagittas: ꝛ corripit pmam ſagitta: qȝuis ſagio eam pducat ꝛ ſcribitur per duo t. An ars ſagittariorum ſit licita: hēs in orno nas.

Sagittella le dimi. parua ſagitta.

Sagittifer ra penul. corri. in ſagitta eſt.

Sagittula le dimi. pua ſagita.

Sagma. a ſagum dicitur hec ſagma huiꝰ gine: que corrupte vulgo dicitur ſauma vel ſalma. i. ſella vel pondus: vl' ſarcina que ſup ſellā ponitur: ꝛ dicitur a ſtratu ſagorū. i. ſellarum: vel qȝ ſelle ſago ſolent ſterni. vñ ſaginariꝰ. i. caballus: ꝛ hec ſaginaria. i. equa vel mula: vel vt generaliter dicatur: quodlibet iumentū pōt dici ſaginarius vel ſaginaria p diuerſitate ſexuum.

Saginarius in ſagina vide.

Saginula le dimi. parua ſagina

Sagū. a ſago gis dicitur hoc ſagū gi quoddā genus panni vel veſtis tenuis ꝛ abraſa. ꝛ cor. pmā: licȝ ſago gis eam pducat: vide in ſaga ge. vñ hoc ſagulū idem ſm hugu. Iſido aūt ſup Exo. dr ſic: Scdm operimentū erat ſaga cilicina que a vela capilaria vel capillaria qnqȝ vocātur: que facta erāt d pilis caprarū: quos capillos qnqȝ dicunt ad differentiā lane ouium: de quibꝰ cilicia fiūt vñ ꝛ illa ſaga cilicina dicta ſunt: que p aſperitate ſaga dicebantur. vñ quoſdam pānos aſperos ſagias dicimus vl' forte ex quadratura ſaga dicta. vnde ꝛ militare pallium a gallis inuentū: qȝ quadrum erat ſagum dictuȝ eſt: quod tñ ex aſpero fiebat pāno cōtra aeris intēperiem potuit etiā dici ſagū. Papias ſic dicit: Sagum veſtimentū cilicinū: ſagū: ſaccū: diplois palliū virgatum Poteſt etiā dici ſagum veſtis mortuorū: vt ciliciuȝ. vñ quidā: Mortis cerne ſagū tu vita mobile ſagum.

Sal. a ſalio lis dicitur hic ſal lis: quod antiqui dicebant h ſal lis in neu. gene. vñ accipe ſal ſapientie. Et Martia. xi. Bonū eſt ſal ꝛ dicitur ſal a ſalio qȝ ſaliat i igne. fugit .n. ignē cū ſit aqueus ꝛ naturaȝ aque ſequatur: qȝ igni ꝛ aqua inter ſe inimica ſunt. vel ſal dicitur a ſalo ꝛ ſole: qȝ de aqua maris fit ꝛ ſole ſiccatur. vñ dicit Iſidorꝰ. xvj. etymo. Sal aquis maris ſponte gignitur ſpuma i extrema litoribus vl' ſcopulis derelicta ꝛ ſole decocta. Sūt lacus ꝛ flumina ꝛ putei ex quibus hauritur: de hinc in ſalmas in geſta ſiccatur. Et nota qȝ ſal deberet eē neu. ge. qȝtum ad rem: ſed repugnat qualitas vocis neutrorū deſinentiū in al: qȝ omnia neutra deſinentia in al pducunt penl'. gti ꝛ termināt ablatiuū in i: quoȝ neutȝ fit in hoc noīe ſal: imo cor. penl'. gti: ꝛ termiat ablatiū in e: ſicut maſculina deſinentia in al. Et ſic qualitas vocis tali adiuncta rōne cogit hoc nomen ſal eē tm̄ maſcu. gene. Non .n. qualitas vocis ſufficit nec voluntas alicuiꝰ niſi rō nature: vel rei tali generi ſit adiuncta: vide in ſales.

Salmandra vel ſalmandria: quoddā animal tm̄ in igne viuens: qȝ ſola inter aīalia incendia ſuſtinere valeat: quaſi ſola amans pir. i. ignem. Siquideȝ in medijs flāmis exiſtit: ꝛ non ſolum non vritur: ſed ēt incendiū extinguit. ꝛ iſtius eſt maria vis inter omnia venenata. cetera vero ſingulos ferunt: hec plurimos piter interemit: qȝ ꝛ ſi arbori irrepſerit vl' i puteū ceciderit: poma ꝛ aquā veneno inficit: ꝛ oēs comedentes ꝛ bibentes interfecit ꝛ eſt vnū de quattuor aīalibus illis que ſingula ex ſingulis puris viuunt elemētis. vñ verſus: Talpe terra cibus cameleon in aere viuit. Allec vnda fouet: flāme paſcunt ſalmandrā. Aug. etiā in. xxj. de ciui. dei dicit: Sic ſcripſerunt qui naturas aīalium curioſius indagarūt ſalamandra in ignibꝰ viuit ꝛc.

Salamina ne: ꝛ hec ſalamen nis ciuitas quedam. vñ ſalaminus na nū: ꝛ hic ꝛ hec ſalaminenſis ꝛ hoc ſe: ꝛ ſalaminatus ta tum. ꝛ pducitur mi. vñ in auroꝛa dicitur: Ad cyprū tendunt ptus intrantes ſalaminam.

Salaria. a ſalum dr hec ſalaria rie: vnda vel eſtuatio mariſqȝ ad mare redit: ſicut venalia dicitur que ad ſitꝰ veīt

Salaris in ſales vide.

Salariū. a ſale dicitur hoc ſalariū. i. ſtipendiū redditus: ꝛ pprie cōis: diariū quotidianū: cibariuȝ victus. vñ legitur qȝ olim poete viuebant de cōi ſalario. i. ſtipendio.

Salathiel interpretatur petitio mea deus.

Salax. a ſal dicitur hic ꝛ hec ꝛ hoc ſalax cis. i. luxurioſus: qȝ luxuria ſalſa eſt ꝛ amara. vñ Oui. Laudaqȝ ſalaceȝ. vel ſalax a ſalio dicitur qui freqūter ſalit: ſicut facit priapꝰ ex luxuria. vñ ponitur p luxurioſo: ſicut in premiſſo exēplo. vide in eruca.

Salebra. a ſale hec ſalebra bre. i. fractura ꝛ aſperitas viaȝ qȝ ſal aſper ꝛ amarus eſt: vel ſalebra locus lutoſus vel molle lutū in via: ꝛ tunc dicitur a ſalio: qȝ facile ſaliat. Horatius: Qui ſectur ſalebras ꝛc. vñ ſalebroſus ſa ſum

aſper:durus:amarus:vel lutoſus.ꝛ comparaẗ.vñ ſale
broſe ſius ſime aduerbium.
Salem acuiẗ in fine.et interpretatur pax:ꝛ olim diceba/
tur hieruſalem ſalem.vide in hieruſalem.
Salentinum quidam mons vel oppidum italie.vñ ſalen
tinus na nũ patriũ.ꝛ ꝑducit ti.
Sales.ſal in ſingulari accipiẗ ꝓ cõdimento vel ſapiẽtia:
ſꝫ in plurali hi ſales ꝓ vbis amaris.Auianus:Verbaqꝫ
cũ ſalibus aſperiora dedit.Item ſales dicuntur verba
iocoſa ꝛ facete inuenta vel dicta.vñ hic ꝛ hec ſalaris ꝛ
hoc re:ſicut dicimus ſalares ludos:vbi verba iocoſe vł
amare intermiſcenẗ:ꝛ dicunẗ ſales a ſalio. Item a ſa/
lio lis hic ſalius lij:ꝛ plr̃ hi ſalij ſaliorũ:hi ſales ſalium:
ꝛ dicunẗ ſalij vel ſales ſacerdotes martis:qꝛ ſaltando
ei ſacrificabant.Lucanus:Et ſalius leto portans anci
lia collo.Item idem:Non ſoliti luſere ſales. Hic tñ ſa
les poſſunt etiam dici ioculatores.
Salgamum.gamos componiẗ cũ ſalio vel ſaluo:ꝛ diciẗ
hoc ſalgamum mi.i.culcitra ꝛ cor.ga.
Salignus in ſalix eſt.
Salinariũ in ſalinum vide.
Salinator qui facit ſalem ſm Papi.
Salinum.a ſal dr̃ hoc ſalinum ni.i.vas vbi reponitur ſal
ꝛ poniẗ ꝓ tota ſuppellectile:qꝛ ſal ẽ cõdimentuꝫ oĩuꝫ
ciborũ.ꝛ hec ſalina ne locus vbi ſal efficiẗ vel vbi ven
diẗ.vñ ſalinarius ria rium ad ſalinaꝫ ptinens.et hic ſa/
linarius qui facit vel vendit ſalem: et ẽt ſalinator ſm
Papi.qui ſalem facit.Perſi⁹:Purũ ꝛ ſine labe ſalinũ
Salio lis lui vel liui vel lij lire:altum.i.facere ſaltum. Et
tunc eſt neutrũ ꝛ abſolutum:ꝛ ſalire qđ in vulgari eſt
amorare pertinet ad aialia irrõnabilia.ꝛ tũc eſt actiuũ
vñ Oui. Leta ſalit ouis thauro quoqꝫ leta iuenta. vñ
ſaltor ſaltrix:ꝛ hinc hec ſaltricula le dimi. Iteꝫ a ſalio
lis tũ tu u in o ſalto tas frequen. Salio componiẗ vt
aſſilio lis ad aliud ſalire.Abſilio lis tũ in diuerſas par
tes ſalire:ſeparari:abrũpi.Circũſilio lis circũſultuꝫ: cir
cũſalire.i.vndiqꝫ aggredi. Deſilio lis ſultuꝫ.i.valde vł
deorſum vel de vno loco ad alium ſalire. vñ deſultor
diciẗ qui de vno loco in alium ſe transfert. ꝛ deſulto
as fre.Diſſilio lis.i.diuerſis modis ſalire:in diuerſas p
tes ſalire:ſepari:abrũpi ſaliendo. vñ diſſulto tas freq.
Exilio lis tum.i.extra vel valde ſalire. vñ exulto tas.i.
frequenter exilire qđ ꝓprie fit qum letamur.Et poniẗ
exultare ꝓ letari:ſꝫ ꝓprie ſaliendo.Inſilio.i.ſalire con
tra vel inſilire inſultum facere:inuadere:ĩpetere:ꝛ ag/
gredi.vñ hic inſultus tus tui.Interſilio lis.i.inter aliq̃
ſalire: interuenire.Proſilio lis.i.ꝓcul vel ante ſalire.
Reſilio lis.i.iterũ vel retro ſalire.vñ ꝛ diciẗ ille reſilire
a pacto qui dimittit pactũ ꝛ ceſſat retro.vñ reſulto as
vt ſplendor ſolis vel ſpeculi reſultat cum in oppoſito
repiẗ.Subſilio lis:ſubtus ſalire:vel poſt vel paruꝫ.In
de ſubſiliens entis ge.oĩs. Inueniẗ etiaꝫ ſubſilio lis.i.
ſurſum ſalire.ꝛ tunc componiẗ a ſuſum vel ſurſuꝫ ꝛ ſa
lio.Tranſilio lis vltra ſalire:tranſire. Salio ꝓ facere
ſaltum:ꝛ oĩa ab eo compoſita ſm hanc ſignificationẽ
neutra ſunt.Preter aſſilio ꝓ aggredi:circũſilio: inſilio
ꝓ aggredi ꝛ tranſilio que ſunt actiua. Iteꝫ ſalio ĩ alia
ſignificatione ẽ actiuũ cum oĩbus ſuis cõpoſitis ſiqua
habet ſm illã ſignificationẽ.Iteꝫ compoſita a ſalio fa
ciunt ſupinum in ultũ:ꝛ triplicant p̃terituꝫ: ſicut ꝛ ſa/
lio.nã faciunt in liui:vel in lij:vel in lui:vt inſilui vel in
ſiliui ꝛ ſilij.ꝛ oĩa corripiunt ſi:ſicut ſimplex ſal,vñ ver/
ſus:Dat ſalio ſalui quoqꝫ ſiue ſaliui. Inueniẗ etiã ſal/
li a ſalio ꝑ duo l de quo infra dicam in ſallo lis.

Saliſator.a ſalio lis diciẗ hic ſaliſator toris.ꝛ dicunẗ ſali
ſatores diuini quidam qui duꝫ eis membrorꝫ quecũqꝫ
partes ſalierint:aliquid ſibi inde ꝓſperum vel triſte ſi/
gnificari predicunt.
Saliua.a ſal diciẗ hec ſaliua:qꝛ ſal ſit ꝛ ſalis hꝫ ſaporem
vel diciẗ a ſalio:qꝛ ſaliat ab ore.vel diciẗ a ſaluo uas:
qꝛ nos ſaluat.vñ ſaliuoſus ſa ſuꝫ.Et ſcias ꝙ ieiuni ho/
minis ſaliuã ſi ſerpens guſtauerit moriẗ.vide ĩ ieiunũ
Saliuncula.a ſalio lis diciẗ hec ſaliunca ce:quedam her
ba ſpinoſa.ꝛ diciẗ a ſalio:qꝛ eam calcantes facit ſalire
vñ ꝛ vulgo calcacrepa dr̃.qꝛ calcantes facit crepare.
Virgi.Puniceis q̃tuꝫ cedit ſaliunca roſetis. In liiij.c.
Eſaie.Pro ſaliunca aſcẽdit abies.Glo.Saliunca acu/
leis ꝛ ↄpunctõib⁹ plena:abies alta:ꝓcera:fabricandis
domibus apta.Pro ſaliuncula ergo aſcendit abies.i.
ꝓ vitijs virtutes:ꝓ vicioſis ꝛ ſpinoſis v̾tutib⁹ exaltati.
Saliuncula le:herba medicinalis habẽs ſpicas miri odo
ris creſcit in montibus.Sed ſaliunca herba ſalſa ſcđꝫ
Papi.ꝛ corr.cu.
Salius lij in ſales vide.
Salix.a ſalio diciẗ hec ſalix cis quedaꝫ arbor:qꝛ cito ſali
at.i.creſcat.Et cor.penul.gti.Propheta: In ſalicib⁹ in
medio eius ſuſpendimus organa nr̃a.vñ ſalignus gna
gnũ: ad ſaliceꝫ pertinens vel de ſalice factus.Et ſalice⁹
cea ceũ.Et ſalicinus na nũ.et hoc ſaliceṫuꝫ ti locus vbi
ſalices creſcunt.
Sallio lis ꝑ geminuꝫ.l.vide in ſallo lis infra.
Sallo.a ſale diciẗ ſallo lis li lere ſum tertie cõiugationis
Et ſallo lis liui litũ quarte cõiugatõis in eodem ſenſu
.i.ĩponere:ſallere:aſpergere:ſale condire.ꝙ aũt dr̃ ſal/
lo.i.ſale aſpergo etymo.eſt.Sallio ꝛ ſallo cuꝫ omnib⁹
cõpoſitis ſuis actiua ſunt ꝛ cõpoſitorꝫ eorꝫ ſigſificatio
nes facile eſt diſtinguere.Hic nota ꝙ iueniẗ ſalio lis
liui vel lui vel lij:ꝛ facit ſupinũ tum:ꝛ corripit p̃mam.
vñ per vnũ l ſcribitur. Iteꝫ inueniẗ ſallio lis liui vł lij
ꝑ ſyncopã ꝛ facit ſupinũ lituꝫ ꝛ ſcribiẗ per duo l.Itẽ
inueniẗ ſallio lis li lere tertie cõiugatiõis ꝛ fac̃ ſupinũ
ſum in eodẽ ſenſu cum ſallo:ſale condire.ꝛ ſcribiẗ per
duo l qũ faciat ſupinũ in ſum ſicut vello vulſum.Naꝫ
ſi ſcribereẗ ꝑ vnuꝫ l:faceret ſupinuꝫ in tum vt colo cul
tuꝫ. Inueniẗ etiã pſallo lis li lere tertie ↄiugationis et
ſcribitur ꝑ ps:ꝛ caret ſupĩo.Propheta: Pſallite dño
in cithara.De predictis conſueuit dici: Sallio ſallo ci
bum:ſalio pede:cantica pſallo.Sallio ſallituꝫ:dat ſal/
ſum ſallo ſupinum.Dat ſaltum ſalio p̃uatur pſallo ſu
pino.Sallo facit ſali:ſalliui ſallio pſallo. Dat pſalli ſa
lio ſalui ſalijqꝫ ſaliui. Sallo facit ſalſum ſallitũ ſallio:
ſaltum Dat,ſalio: pſallo tñ manet abſqꝫ ſupino. De h̾
etiam dixi ſupra in tertia ꝑte vbi egi de preteritis ꝛ ſu/
pinis quarte cõiugationis. Item ſcias ꝙ ſalis gtũs de
ſal vtrãqꝫ ſyllabã corripit. Sallis vero ſcđa ꝑſona h⁹
verbi ſallo ꝓ ↄdire cibum ſale vtrãqꝫ ſyllabaꝫ ꝓducit
Salis aũt ſcđa ꝑſona hui⁹ verbi ſalio ꝓ ſaltum facere
corripit p̃mam ꝛ ꝓducit vltimaꝫ.ſed pſallis per p ſcđa
ꝑſona huius verbi pſallo lis ꝓducit p̃mam ꝛ corripit
vltimam.
Salmentum.a ſalio lis vel a ſale:vel a ſalſo dr̃ hoc ſalmẽ
tũ:vel hoc ſalſamentũ in eodẽ ſenſu.vel ſalmentũ pro
prie piſcis ↄfectio:ꝛ dr̃ tunc a ſalmo onis piſce.qui dr̃
ſic a ſale:qꝛ inde fit ſalſamentũ.vel qꝛ habeat ſaporem
ſalis.ſed ſalſamẽtum oĩs res ſalſa:vt piſcis ꝛ huiuſmõi
Et inde hoc ſalſum ſalſi.
Salomon interp̃tatur pacific⁹:qꝛ in regno eius fuit pax.
vñ in p̃mo li.palip.c.xxij.dicit dauid: Fact⁹ eſt ſermo

dñi ad me dicens: Multum ſanguinē effudiſti ⁊ plu-
rima bella bellaſti: non poteris edificare nomini meo
domū tanto effuſo ſanguine corā me. Filius qui na-
ſceť tibi erit vir quietiſſimus. faciā enī eum quieſcere
ab oībus inimicis ſuis ꝑ circuitū: ⁊ ob hanc cām paci-
ficus vocabiť: ⁊ pacē ⁊ ociū dabo in iſrael cunctis die
bus ſuis: ipe edificabit domū nōi meo. Idē dicꝰ eſt
⁊ iditha: qꝛ fuit dilectus ⁊ amabilis dño. Idē ⁊ ceelet
vł coleth: qđ grece diciť eccleſiaſtes: latine cõcinator:
qꝛ ad populū loquereť. vide in eccleſiaſtes. Et ſcias ꝙ
quidā volūt dicere ſalemon ꝑ e: vel a ſalē ciuitate: vł a
rege vel a ſale qđ eſt ſapientia ⁊ monos qđ eſt vnum:
qꝛ vnicꝰ ⁊ ſingularis fuit in ſapientia. vt pꝫ in. iij. Reg.
c. iij. vbi dicit ei deus: Ecce feci tibi ſm ſermones tuos
⁊ dedi tibi cor ſapiens ⁊ intelligens in tantū: vt nulluſ
ante te ſimilis tui fuerit nec poſt nec futurꝰ ſit.

Salona. a ſalon diciť hec ſalona ne: vł he ſalone ſalona-
rū: inſula ⁊ quedā ciuitas dalmacie iuxta mare. vñ ſa-
loninꝰ na nū. et Saloninus dictus eſt filiꝰ pollionis:
qui natꝰ eſt in eo anno in quo pater ſuꝰ deuicit illam
ciuitatē. et ꝓducit penul. ſalona ne.

Saloninus in ſalona eſt: ⁊ ꝓdu. ni

Salpiga pige qđ eſt depreſſū: componiť cū ſalim quod
eſt locus: ⁊ diciť hec ſalpiga ge quidā ſerpens qui ha-
bitat in depreſſis locis. Hec eadē diciť ⁊ cecula: qꝛ par
ua eſt ⁊ oculos non habet.

Salſamentū exponiť in ſalmentū.

Salſicia cie diciť a ſalſus: qꝛ ſalſa fit.

Salſugo. a ſalſus diciť hec ſalſugo ginis. ſ. res que ſalſū
facit. Itē ſalſugo diciť amarꝰ ⁊ ſalſus humor terre. Et
inde ſalſuginoſus ſa ſum: ⁊ ſalſugineꝰ ginea neū. Et ꝓ
ducit penľ. noīatiui ſalſugo.

Salſus ſa ſum ꝑticipiū a ſallo lis. Poteſt etiā eſſe nomē
⁊ tunc deriuať a ſale: vt dicať ſalſus quaſi ſale aſꝑſus
⁊ conditus. ⁊ cõparať tior ſimꝰ. vnde ſale ſiꝰ ſime ad-
uerbiū: ⁊ inde ꝑ compoſitionē īſulſus. i. non ſalſus.

Saltē coniunctio aduerſatiua cū diminutōe ꝑ ſyncopā
fit a ſalutē ⁊ eſt tractū a captiuis qui qñ capti erāt ex
timore non valentes loqui integre dicebant ſaltē ſal-
tē ſaltem: quaſi dicerent vt vitā ⁊ ſalutē nō amitterēt
Item inueniť ſaltim ꝑ i: ⁊ diciť a ſaltu. vñ diċ Priſ. in
xvj. li. Saltu: ſaltuatiꝫ vel ſaltiꝫ. i. ſaltando: ⁊ eſt aduer
bium qualitatis. vñ verſus: Saltim ſaltando: ſed ſaltē
diminuendo.

Salcia cie diciť a ſalſus qꝛ ſalſa.

Saltim aduerbium in ſaltem exponitur.

Saltricula le dimi. ꝑua ſaltrix

Saltrix cis mulier ſaliens vel ſaltū faciens a ſalio lis. Itē
a ſalio diciť hec ſaltria trie ioculatrix mulier. Iuuena
lis: Nouerunt mauri atqꝫ indi que ſaltria panē. vł eſt
ibi pſaltria a pſallo pſallis.

Saltus. a ſalio lis diciť hic ſaltus tus: actus vel paſſio ſa
liendi. Itē ſaltus diciť locus ſilueſtris ⁊ vaſtus vbi ar
bores exiliunt in altum pluſꝗ̄ in alijs locis. Uel ſaltꝰ
diciť ſilua rara: vbi beſtie inter arbores facile poſſunt
ſalire. vñ extremitas ſiluarū diciť ſaltꝰ: qꝛ arbores ibi
iam rareſcunt. vñ ſaltuoſus ſa ſum: ſaltibus plenus. de
hoc quidā dicunt: Eſſe nemus ſaltus ſaliendi dicitur
actus. De domo ſaltus libani dixi in domus.

Saluber. a ſalus diciť hic ⁊ hec ſaluber vł ſalubris ⁊ hoc
bre ſm antiquos. ſcōm etiā modernos diciť hic ſalu-
ber ⁊ hec ſalubris ⁊ hoc bre. i. ſanꝰ: vtilis: ſalutē confe-
rens: ⁊ comparať. vñ ſalubriter briꝰ berrime aduerbiū
et hec ſalubritas tatis. Et eſt ſalus itegritas corꝑis: ſa-
lubritas ſaluti conueniens cā: ꝑ quā ſanitas vel ſeruať
vel reſtaurať. ⁊ ꝓdu. lu. vñ in doctrinali dř: Ante b fit
breuis u ſed demiť inde ſaluber. ⁊ ſm Papi. Saluber
ad locū referť vel cibum ſalutaris ad ɔſilium.

Saluia. a ſalus diciť hec ſaluia uie qꝛ ſalubris herba ē: et
diciť ſaluia quaſi ſalutis via.

Saluio uis in ſaluo uas eſt.

Salū. a ſale diciť hoc ſalū li. i. mare: qꝛ ſalſum ⁊ amarū eſt
De hoc Hieronymꝰ ad paulinū. c. viij. Et herentis ī ſa-
lo nauicule funem magis precide ꝗ̄ ſolue.

Saluo. a ſalus diciť ſaluo uas: qꝛ ſalus ſaluat: vel qꝛ tali
verbo vtimur in ſalutatione. vñ ſaluꝰ ua uum. et hinc
hec ſaluitas tis. Et ſalue: ſaluete: ſalueto: ſaluetote: ver
bum defectiuū. ⁊ ſaluatoriū. i. eſſe vel fieri ſaluū. Et ſal
uio nis ſaluire in eodē ſenſu. i. eſſe vel fieri ſaluū. Hora
tius: Urbis amatorē fuſcū ſaluire iubemus. Legiť ibi
⁊ ſaluere. Saluo uas actiuū eſt cum oībꝰ ſuis ɔpoſitis

Salus. a ſale diciť hec ſalus lutis: qꝛ cõdimentum eſt. ſic
enī ſal eſt condimentū oīum ciborū: ſic ſalus eſt condi
mentū oīum membrorū. et eſt ſalus integritas corꝑis:
ſalubritas ſalutis conueniens cā ꝑ quā ſanitas ſerua-
tur vel reſtaurať. A ſalus deriuať ſaluto tas. ſic. n. ſo-
lemus ſcribere ⁊ ſalutare: Martino Petrus ſalutem.
Et diciť ſalutare: quaſi ſalutem optare. vñ ſalutatio ꝗ̄
ſi ſalutis optatio. illū. n. ſalutamus cuius ſalutē opta-
mus. Et ſalutatorius ria riū: ⁊ hoc ſalutatoriū rij locꝰ
ſalutationis: ⁊ eſt actiuū ſaluto cum oībus ſuis cõpo-
ſitis. Salus cõponitur: vt ſalutifer ra rum: ſalutiger ra
rum ⁊ ſalutigerulus la lum: qui fert vel gerit ſalutem
verbis vel opere. Et corripit ꝑmam ſalus. vñ Proſper:
Cur dubiū expectat cras hodierna ſalus? Et fuit ſalꝰ
ꝓpter delectationes vt femina: ⁊ ſic eſt feminini gene
ris: ſicut morbus ꝓpter leſionē vt mas: ⁊ ſic eſt maſcu
lini generis.

Salutatio. a ſaluto as diciť hec ſalutatio onis: quaſi ſalu
tis optatio. Illum enim ſalutamus cuiꝰ ſalutē deſide
ramꝰ. Et eſt ſalutatio ꝑma pars epľe debita ordinatio
ne tā noīa ꝗ̄ merita pſonarum ɔnectens ⁊ affectione
declarans. Et ſcias ꝙ illud qđ eſt ꝓprium narrationū
in ſalutatione nō debet claudi. vñ vitioſa eſt illa ſalu-
tatio: Joanni patri reuerēdo. ꝑ. eius filius humilis bo-
nonie leges audiens vel decreta cum ſubiectõne ſalu
tē. Nā eadem rõne poſſet dici: bononie comedens vł
ſcribens codicē vel digeſtum. Sufficit ergo dicere: bo
nonie ſcholaris. Si aūt dicať: bononie deditꝰ ſcolaſti-
cis diſciplinis vel ſtudio lrārum: dicimꝰ ꝙ ſtudium eſt
attributum pſone. vñ cõmode poteſt dici: ac ſi attribu
tum ſolius negocij eſſet nō eſſet dicendū: vt bononie
legens lrās vel leges audiens vel decreta.

Salutigerulus la lum penľ. cor. qui gerit ſalutes a ſalute
⁊ gerulus. vide etiam in ſalus.

Saluto tas in ſalus eſt.

Samaritani. ſamaria eſt quedā regalis ciuitas. vñ ſama
rita: vel ſamaritanꝰ na nū. i. cuſtos. Hi non cõicant iu
deis: imo vitāt eos in cibis ⁊ vaſis eorū. et vt dicit Pa-
pias: ſamaritani vel ſamarite interꝑtanť cuſtodes: eo
ꝙ a babylonijs illic in cuſtodiā collocati ſunt iudeorū
Ideo hic nota ꝙ ſamaritani erāt illi qui miſſi fuerāt
ad inhabitandum terrā illam decē tribubus captiua-
tis ⁊ dicti ſunt ſamaritani ꝓpter locū: ⁊ iſti recipiebāt
quinqꝫ libros moyſi ⁊ non ꝓphetas: ⁊ vocabanť a iu-
deis duarū tribuū iacobite: qꝛ videlicꝫ ſupplantauerāt
iudeos decem tribuū de terra ſua: ⁊ iō ſamaritanos ab
ominabanť iudei: ⁊ ab illa ciuitate oīs regio circa illā

dicta eſt ſamaria.
S ambuca ce vel hic ſambucus ci penl.pdu.dicit̃ quedã
parua arbor ⁊ mollis.vñ ſambuceꝰ cea ceũ:⁊ ſambuci
nus na nũ:de ſambuca exiſtens.⁊ hoc ſambucetum ti
locꝰ vbi ille arbores creſcũt.⁊ hec ſambuca ce:quoddã
genus ſimphonie muſicuȝ:qđ fit de illa arbore.⁊ hic
ſambucinarius rij:qui canit cum ſambuca:⁊ hec ſam-
buſtria ſtrie:mulier que canit cũ tali inſtrumento.⁊ hic
ſambuculꝰ culi:ſaltator ad vocẽ ſambuce:⁊ cor.cu.
S ambuculus in ſambuca vide.
S ambuſtria in ſambuca eſt.
S amia.ſamos inſula eſt.vñ ſamiꝰ mia miũ.in illa inſula
reperta prius fictilia vaſa credũt̃. vñ talia vaſa ſamia
dicunt̃ ſm hug.vel ſm Pap.Samia terra a ſamio di
cta:glutinoſa ⁊ candida medicamẽtis ⁊ vaſculis neceſ
ſaria.Eſa.xlv.dicit̃:Teſta de ſamijs terre.
S amna ne in ſubſamno nas vide.
S amniores in ſubſamno nas eſt.
S amnis ciuitas in apulia.
S amnum eſt beneuentum ſm Papiam.
S amno nas in ſubſamno nas eſt.
S amnula le dimi.parua ſamna.
S amotracia.ſamos quedam inſula eſt: ⁊ componit̃ cuȝ
tracia cie:quedã alia inſula.⁊ dicit̃ hec ſamotracia cie
quedaȝ alia inſula a predictis:cuiꝰ incole cõmixti ſũt
ex tracis ⁊ ſamnis.vñ hic ⁊ hec ſamotrax cis:⁊ hic ⁊ hec
ſamotracenſis ⁊ hoc ſe:⁊ ſamotraceus cea ceũ:⁊ ab il
lo loco dictus eſt ſamotrates aureꝰ anulus: ſȝ capulo
ferreo:qr ibi primũ factus eſt.
